EMANUELIS KONIG

PHIL. & MED. BASIL.

S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. Collegæ,

dicti AVICENNA

# REGNUM MINERALE,

Phyſicè, Medicè, Anatomicè, Chymicè, Alchymicè, Analogicè, Theoreticè & Practicè

*Inveſtigatum, perſcrutatum & erutum.*

METALLORUM nimirum, LAPIDUM, SALIUM. SULPHURUM, TERRARUM, quin & ACIDULARUM, THERMARUM Naturam, Ortum, Differentias, Præparationes ſelectiſſimas Uſúsque multiplices candidè ſiſtens.

BASILEAE RAURACORUM.

Sumptibus & Typis EMANUELIS & JOH. GEOR[illegible]I KÖNIG; Bibliopol.

*Anno M. DC. LXXXVI.*

Digitized by Google

NUNQUAM OTIOSUS.
*COELOQUE, SALOQUE, SOLOQUE.*
Ampliſſimis, Graviſſimis, Prudentiſſimis
VIRIS
# DN. BALTHASARO BURCARDO,
Triumviro & Tredecimviro.
# DN. THEODORO BURCARDO,
Tredecimviro, Seni nonagenario.
# DN. JOH. HENRICO GERNLERO,
Senatori.
# DN. JOH. CONRADO HARDERO,
Archigrammateo,
CURATORIBUS
Inclytæ Univerſitatis Baſilienſis
Spectatiſſimis,
Ut magnis Studiorum ſuorum Fautoribus,
Hocce ſuum Regnum Minerale,
ab Illuſtribus Europæ Medicis
ad id typis divulgandum compulſus,
ne in tertio hoc temerè ſubſtitiſſe
videretur,
In debiti Honoris ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ
Conſtantis obſervantiæ ΣΥΜΒΟΛΟΝ
Cum voto omnigenæ proſperitatis
inſcribit, offert, dedicat
EMANUEL KÖNIG
Philoſoph. & Med. Doct.
Academ. Curioſ.

Digitized by Google

# Præfatio ad Lectorem.

QUantæ ſint deliciæ, quantúsque tacitus quidam gaudii ſenſus oboriatur in iis, qui ad ſtupendas glorioſiſſimi Creatoris manus, magnifica earum opera, jucundiſſimum horum decorem, potentiſſimum vigorem, ordinem, harmoniam & nexum ſummè admirandum, Muſicâ proportione ſibi exactè reſpondentem, jugiter & ſufficienter attendunt, Lectori hîc in limine prolixè demonſtrare ſupervacaneum duco: Quotusquisque enim noſtrûm, elevatione oculorum in cœlum, expanſum illud ſaphirinum elegantiſſ. & directione eorundem in Solem, fulgentiſſimum illum mundi oculum quævis benignis radiis adſpicientem, foventem & exhilarantem, ac Lunam ſplendore ſuo mutuatitio tenebras noctis temperantem, aſpectúque cœterorum fulgidiſſimorum aſtrorum non ſummo effertur & ſubſilit gaudio, dum deficientibus his vitam fore perpetuam incarcerationem, animadvertit? Quis eosdem demittendo in Terram arborum herbarúmque nitore & venuſtate, omnigenáque earum varietate conſitam ceu ſuaviſsimum amœnitatum diverſorium non ſummum capit delectamentũ? Quis inſuper eosdem dirigendo in cœtum Animalium tam variè ac mirè diſcriminatum, Jumenta, Armenta, Greges in paſcuis oberrantes, Alites volitatu aërem ſcindentes, Piſces æquor tranantes, Serpentes gyris in ſe convolutos, Inſectáque pulchritudine & ſubtilitate ſtupenda, cuncta plenis buccis utilitates in nos evomentia, Benigniſſ. Conditorem oculis ſuis non videt? Quis itidem profundius deſcendendo in cryptas Terræ, effodiendo inibi & in lucem & uſum protrahendo illas quas ſubtus in tenebris occulavit divitias Natura, circumfuſam undiq; Dei ter Optimi Maximi bonitatem & mirandam providẽtiam non celebrare & ſummopere extollere cogitur? Aſt dulcis & ſummè delectabilis emineat inprimis è Vegetabilibus & Animalibus Domini beneficentia, quò Vitam hanc dubiam & ærum-



Digitized by Google

rumnoſam, ſpinoſam & ſenticoſam multò blandius & commodiùs, majoríque cum emolumento tranſigere poſsimus, dum nim. præter Alimenta ſummè reficientia, Vegetabilium ſapores ſpecifici odores fermentales morborum potenter ſuperant & extingunt, Animaliáque quoad dotes ſuas inprimis aut ſpiritus languentes exuſcitant, aut ferocientes placant, fixitates corpori animalis inprimis hoſtiles corrigunt, humorésque depravatos in priſtinum ſtatum cogunt, nihilominus tamen & Mineralium ſplendidè ſe ſe exerit virtus, potentia & utilitas, ut meritò Regnum Minerale, quoad commoditates ſuas varias, in uſu tum Politico, tum Mechanico, tum Medico ſit præcellentiſſimum; Politicum enim quod ſpectat uſum, omnis Politia inde firmatur, ac ſine Mineralibus rueret velut ſubductis tecta columnis, cùm enim reditus præcipui hauriantur è Mineralium abyſſo, hi autem ſint inſtrumenta accurati regiminis, judiciorum, defenſionis, exornationis & amplificationis, facilè quisque videt, Imperiorum ac Principatuum eminentiam & ſplendorem è Regno Minerali plurimùm eſſe derivandum, præſertim ſi quis advertat, reverentiam ſubditorum quam Primatibus deferunt, ex Auri & Gemmarum æſtimatione in ſceptris & Coronis, plurimùm roborari, nervúmque Imperii pecuniam è Mineralibus cuſam eſſe, dum non ſolùm in pacato & turbato Rerumpubl. ſtatu actiones & tentamina quævis ſine eâ languent & frigent, ac prout ſine nervis homines ambulare nequeunt, ita nec bellum unquam progredi poteſt ſine iſtâ; unde & Aurum pulcherrima ſubſtantia, velut centrum eſt in quod omnium rationalium deſideria & vota ceu diametrales lineæ & ſagittæ tendunt ac diriguntur, id quod nulli mirum eſſe debet, dum id per medios ire ſatellites & perrumpere amat ſaxa, potentius ictu fulmineo: ob quam maximam vim ad commodius regimen, feliciorémque finium defenſionem aut etiam extenſioſionem, è Regibus illuſtriores ac potentiores tum in ſacris, tum profanis, nunc & olim divitiis celebrantur coruſcantes, quos hîc recenſere longum foret, præ aliis ſiſtens ſiſtens ſaltem ſapientiſſ. Salomonem, qui throno aureis Leonibus decorato inſidens, magnificatus eſt, referente ſacro Textu, ſuper omnes Reges terræ divitiis & ſapientiâ, notantesq; primariò ingentem Divinæ

beni-

Digitized by Google

benignitatis theſaurum, monetarium ſc. introductum uſum, quo ſingulari Dei ordinatione commercia hominum invicem multò commodius vigent, quàm ſi certo ſaltem genere Animalium & Plantarum dives cum aliis neceſſariis permutare velit. Et hæc ſapiens Dei diſpoſitio apparet & maximè in variis artibus mechanicis, quarum objectum ſunt varia Mineralia, in quæ ſingulari artificio & dexteritate varii Artifices ad ſublevanda vitæ humanæ incommoda operantur ſicque panem inde lucrantur, non enim dicam multis de Metallariis, qui ingenioſis technis ac labore immenſo venas metallorum inquirunt, Alchymiſtis item qui metalla imperfectiora in perfectiſsimum Aurum ope TRæ, particulas aliter transfigurantis, transmutare ſatagunt, quorum tamen pauciſsimi, quos ſic æquus amavit Jupiter, ut iis aurea Heſperidum poma decerpere tam facilè liceat, dum - - - - *latet Arbore opacâ*

*Aureus & foliis & lento vimine ramus,*

*Atq; immenſa cavi ſpirant mendacia folles.*

refero ſaltem de iis Artificibus qui ſingulari gratiâ, Spiritu Dei impleti, excogitare valent, quiquid fabrefieri poteſt ex Auro & Argento, Ære, Marmore & Gemmis, ut de *Bezalaële* dicitur Exod. **XXXI.** ac de *Tubalcaino* Geneſ. IV. 22. quòd fuerit malleator & Faber in cuncta opera æris & ferri, ad quorum adornationem, quia non modò artuum robur ſed & ſubtilis ingenii vigor requiritur, obiter patet, Chemiæ incunabula in antiquiſsima antediluviana Tubalcaini (quem *Borrichius, Voſsius* aliique Vulcanum eſſe autumant) tempora proſpicere. Artifices autem ejuſmodi metalla in varias rerum facies fingentes pro varietate metallorum varii ſunt: primatum ex iis tenent Gemmarii, Aurifabri, Stannarii, Ærarii, Fabri Ferrarii, aliique ejuſmodi Antiſtites, quos hîc ad amuſsim recenſere prolixum nimis foret ac tædioſum. Id verò minimè hîc prætereundum, quòd artium illa Regina *Ars Typographica*, aureum pluſquam ſeculorum propinquiorum inventum, literatos quosvis ſibi devinciens, ſuum fundamentum ac ſtabilimen mineralibus aliquot in unam maſſam combinatis acceptum referat, ex quâ dehinc typi elegantes fuſione efformantur, quibus in ordinatam aciem à Typothetâ diſpoſitis, die unico imprimitur quantum non ſcribitur anno.

 In

Ingenita, me hercle, Benevole Lector, hæc ſunt cummoda, quæ tamen cedere coguntur ſi conſiderare placeat, Mineralia adverſus ingruentium morborum agmen ſecuriſſimum eſſe munimentum, dum heroica ad plurimos pertinaciſſimos affectus fugandos & edomandos ſuppeditant Remedia, longo ſæpius poſt ſe intervallo relinquentia medicamenta è Vegetabili & Animali Regno petita, utpote quæ adverſus pertinaces affectus & partibus intimius impreſſos ſæpius tantundem præſtant, quantum ſpongia in percutiendo clavo, ubi duro nodo durus quærendus eſſet cuneus, qualem inprimis referunt in frangendis & elidendis graviorum morborum inſultibus Mineralia, dum minimè in ventriculo ita alterantur, ut priusquam perveniant ad partem affectam, maximam virium partem deperdant, ſed ſuccos corporis à debitâ craſi & temperie declinantes fortiter ſubigunt ac velut ſibi ſubjugant, ſubijciunt & in priſtinum ſtatum cogunt, ut characteres morbifici, penitius partibus infixi, faciliùs hinc deleri ac *potentiæ ſalinæ Hippocraticæ* peccantes feliciùs corrigi poſſint: id quod pluribus facilè eſſet demonſtrare, ſi in laudes variorum Mineralium excurrere virtutúmque eorum inæſtimabilem theſaurum hîc in frontiſpicio detegere conſultum foret. Verùm dicat quiſpiam, Remedia ejuſmodi è Mineralibus petita, viri boni remedia minimè audiunt, periculoſa enim ſunt ac naturæ humanæ adverſa, ob acrimoniam ſummam & corroſionem quam tenellis corporis fibris inferunt, quâque partibus potiùs malignam imprimunt diſpoſitionem, ac vi deleteriâ mortem accelerant: Quis enim, ut è multis primarium ſiſtamus, remedia Arſenicalia vel extus vel intus abſq; homicidii metu in uſum trahere audebit, conſiderando præſentiſſimam necem 13. perſonis inductam à Veneficâ Zeuningenſi, ut de hac re *Excellentiſſ. & Celeberrimus D. D. Joh. Jac. Harderus Colleg. Med. Adſeſſor, Sereniſſ. Princ. Bad. Archiater, Collega ævum colendus in Exercit. ad Chariſſ. Celeberr. Pythagoram?* Quis magni faciet Antimonialia, dum Antimonium velut haſta vitæ centrum transfodit, machinámque teneram inſtar vitri diffringit? adeo ut *Eraſtus* ex eo facta remedia *diabolica* nominare haud veritus fuerit, ac Celeb. *Guido Patinus* eò devenerit, ut dicere auſus ſit, Chymicos, excepto *Glaſero*, ſic exhæredes fore Regni cœlorum-

rum-

Digitized by Google

rum. Verùm ablegatis præjudiciis, mentéque ſaniore in ſe recurrente, patebit quòd hoſce redarguant ipſa mineralia, clamantia, ut *Helmontius* loquitur, in cœlum, ſe velut fruſtra veniſſe, vix quenquam eſſe qui vincula eorum ſolvat, ut benevolentiam quam mortalibus debent, perſolvant. Divina ſcil. benignitas ita comparata eſt circa Hominum ſalutem, ut ipſi quoque manum rei & operi admovere debeant, detractóque demum cortice nucleum guſtare poſſint, prout ex alimentorum quoque præparationibus v. g. Panis è frugibus, Vini ex uvis, mediante fermentatione, cocturíſque ciborum, aliorúmque Vegetabilium, magis ſæpe quàm Mineralia ſunt, mochlicorum, correctionibus colligere quis poteſt, inprimis & ex eo, quòd Mineralia granulatim prius collecta in grandiores maſſas demum induſtriâ ſingulari colligantur: Nil ſcilicet hoc quoque in caſu *Dii ſine magno labore dederunt mortalibus*, quare præſtabit, majoris ſecuritatis gratiâ, ut Medicus ipſe, cui naturæ intimior ſcrutatio incumbit, manum operi admoveat, quò exactè ſciat è præparationibus, quibus & qualibus in Curatione morborum utatur medicamentis, verâque ſcientiâ non opinionibus nitatur, ſia namque *Citò, Tutò* & *Jucundè* curationem inſtituet Mineralibus; *Tutò* quidem, quia decenter præparata ac ſequeſtratis quibusvis nocivis particulis ac venenatis ſpiculis obtuſis & fixatis uſurpantur, conſopitiſque malevolis adſpectibus hominem ſibi reddunt beoevolum, ſummâque pace ſpiritus ſolantur, præprimis quoad morbos pro inſanabilibus à Medicis communiter habitos, præ quorum hinc præſcriptionibus, ut conqueritur Magnus ille Angliæ Cancellarius, *Baro de Verulamio*, L. Syllæ & Triumvirorum olim res nihili fuere; *Citò* verò Mineralia affectus abigunt, quia ſic puro ab impuro & craſſiori ſeparato, noxios humores fortiter excundunt, everrunt, acidos & corroſivos leniunt, temperant & aculeos eorum frangunt, figuram noxiam invertunt, ipſámque partium ſubſtantiam ab humorum tali acrimoniâ laceſſitam & nonnihil arroſam conſolidando velut & roborando ſolantur; *Jucundè* tandem, quia pleráque eorum inſipida ſunt ac minimâ in doſi exhibita maximam nihilominus præſtant opem, neque odorum ſaporúmque adeo adverſorum inſuavitate, colorúmque peregrinitate offendunt,

prout

præ ut faciunt faſtidioſæ decoctiones, dignæ bove potiones, abominabiles Syrupi, Electuaria ponderoſa, Infuſiones ſordidæ aliaque naturæ horrorem incutientia, quibus morbo afflictis nova magis cietur afflictio, quàm ut ea inde mitigetur.

Interea, Benevole Lector, dum Tibi abunde palàm feci, è Mineralibùs præter alios ingentes uſus, maxima & heroica in ſolamen ægrorum haberi poſſe remedia, ultrò patet, quòd non modò Chymica haud ſint nauſebunda, ipſique Chymici vel Medici Practici iis utentes, ſecus ac fert mos vulgaris, atro carbone notandi, ſed inprimis ſedulum eorum ſcrutinium ſit omni laude digniſſimum, ad quod exorandi utique ſunt Proceres Ampliſſimi, ut ad exemplum aliarum ritè conſtitutarum Univerſitatum, etiam in almâ hac noſtrâ Baſilicâ extructionem alicujus officinæ Chymicæ adornare dignentur, quò tum Civium ſalus, ingruente aliquâ tempeſtate florem ſanitatis lethalis falcis inciſuris devaſtante & demetente, feliciùs & commodius procurari ipſique Philochymici huc ſe conferentes, præeunte perito Laboratore & Phyſico Chymico ductore, habeant honeſtum, utile inſimul delectamentum; ſic enim obex quoque ponetur Pſeudo-Chymiſtis, Agyrtis aliiſq; de corio humano temerè ludentibus, in quos hinc prudenter ac ſeverè animadvertere tenentur Parva illa Numina, qui curam ſubditorum ſedulam gerere ſolent, ut Patresfamilias liberorum ſuorum; prout & hinc Patri cœleſti clementiſſ. Conditori noſtro beneficentiſſ. profundâ cum gratiarum actione attribuenda eſt gloria, quòd non ſolum in Vegetabili & Animali Regno abundantem ſuam miſericordiā ſed & Minerali tam largiter erga nos demonſtrare ipſi lubuerit, mihi verò clementer gratiam hanc largitus ſit, ut poſt benignè excepta Regna bina, Vegetabile nim. & Animale, (cujus laudes certè plus quam meretur, decantant *Eruditi Lipſienſes*, ut primitus mihi ob oculos venit Florentiæ apud *Illuſtriſſ. Dn. Ant. Magliabecchi Conſil. & Bibliothecar. Magni Ducis Hetrur.*) etiam hoc tertium, poſt Iter per Galliam & Italiam, mihi penè mortem in exitu minitatum, pro benigno ejus afflatu ad umbilicum perducere potuerim.

❧)o(☙

A. & Ω.

# DISSERTATIONIS PHYSICO-MEDICÆ PERSCRUTANTIS & eruentis

# REGNUM MINERALE

## SECTIO I.

## De Regni Mineralis Generalioribus, Nomine, Differentiis, Ortu, Nutritione, Vitâ & Partibus.

### CAPUT I.

*De Nomine Regni Mineralis.*

REgnorum trium Examen propoſituro, methodo ſyntheticâ procedere, ordinémque creationis ſummi Conditoris obſervare convenit, à ſimplicioribus ſcilicet ad magis compoſita adſcendendo; cùm ergo Regnum Minerale omnium ſit ſimpliciſſimum, ut in quo minimè tam diffuſus organorum apparatus, velut in Vegetabilibus, maximè verò in Animalibus apparet, cùm aſpera rudiáque compoſita ſint mineralia ac ante Vegetabilia, eodem tamen die, condita, meritò id reliquis anteponendum cenſemus; conſideraturi primitus ejus nomen ac titulum, cùm vel maxime etiam per abuſum aliorum tituli ab eo ferè præ virtute emanent.



Digitized by Google

I. *Regnum* vocatur, maximè reſpectu Hominis, qui Rex & Dominus glorioſorum Dei operum ſalutatus eſt ab omni antiquitate, ceu quem Ampliſſimus Creator ultimâ perfectionis limâ dignatus eſt, quoque nobilior creatura non reperire datur, magisque ad ipſum Divinitatis exemplar accedens; Verùm ut ut ſuperbiâ nimis elatus multum regalis ſplendoris amiſerit, non tamen ita malè ſentiendum cum Poëta illo Gallo, aliàs ingenioſiſſimo, *Boileau dans ſes Oeuvres diverſes Satyr. VIII.* ubi imbecillitatem Hominis ex inobedientia adverſus Creaorem ſibi contractam multùm explodens, Hominem potiùs animalium omnium ſtupidiſſimum vocandum cenſet, quoque reliqua quævis ſint animâ ſapientiori donata; illo ta namque hæc ſatyra eſt ut alia ab ipſo adducta comparatio. Lectoribus ſuis nota: neque adeo inſaniæ ſunt accuſandi Homini ejuſmodi regimen intra modeſtiæ limites attribuentes cum Domino *Lamy*, qui *dans ſon traité de l'Ame ſenſitive*, & particulariter *dans le reſponſe aux raiſons par leſquels le Sieur Galatheau pretend etablir l'Empire de l'Home ſur tout l'univers*, imperium ejuſmodi non niſi pro chimærico habet, quodque contrarium ſit naturæ animalium ac etiam reſpectu Adami dominatio ſaltem fuerit aliena, nullúmque aliud, ſi ullum, præter illud quod ipſi ſuppeditant fortitudo & dexteritas detur; Aſt quàm verius præter alios divinos ſcriptores Apoſtolus ille Gentium 2. *Corinth. Cap. IV. 15. Omnia propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei* & eleganter ſplendor Collegii Curioſi *Helianthus* : Homini

> *Famulantur aſtra, format unda quod ſanet,*
> *Aër medelam ſufficit, vomunt fontes,*
> *Montes miniſtrant, queis ſalubre quodcunque eſt*
> *Arbuſta ſtillant, ſaxa robur indulgent,*
> *Gemmas, Lapillos, Ferra, Vitra, tot Petras,*
> *Hic porphyriten,, hic bitumen & gypſum,*
> *Aurum, Ceruſſam, Nitra, Sulphur, Argentum*
> *Opésq; cunctas Mater alma largitur.*

His adde quod Mineralium παρβαπ ως Regna terreſtria optimè firmentur ac ſine iis ſubſiſtere nequeant, ſed ruerent velut ſubductis tecta columnis, ſeu aurea pax Regno affulgeat, ſeu mars trucidior immineat.

II. *Minerale* cur ulterius appelletur, facilè conſtat, eò quòd in minis vel mineris terræ ceu cryptis ac meatibus præcipuè reperiantur & in uſum humanum & commoda eruantur. *Minera* autem jam in *Vet. Vocabul.* haud erroneè *herba* vel *radix* vel *vena terræ* fuit dicta, unde *Mineralia* dicuntur: pro venâ autem terræ ſeu venâ metallicâ minera eſt vox Italica, à *mine* quod eſt ductus ſubterraneus. Gallis eſt *miniere* fodina, inde *mineral*, Italis *minerale*. *Mineralia* autem ſumuntur pro ipſis foſſilibus in mineris contentis, & qui-

Digitized by Google

& quidem vel *generaliter* pro quibusvis ſcilicet foſſilibus & mineris fodiendo erutis, non ſolùm pro 🜃is, ⊖bus & 🜍bus, ſed etiam Lapidibus & Metallis, quò & ſpectant quædam *marina*, vel *ſpecialiter*, pro iis ſaltem foſſilibus quæ *media mineralia* audiunt, eò quòd mediam quaſi naturam habeant inter lapides & metalla; quamvis ſint alii qui ſpecialiſſimè ea ſolùm inter *mineralia propriè* ſtatuant, ut *Glauberus Proſperit. Germ.* Part. I. *p. m.*7 quibus metallica natura ineſt, quæque ſecum metallis conjungi, in igne unà colliquari ſinunt, & ex quibus etiam probæ notæ ductilia metalla extrahi poſſunt, ut eſt ♁, *auripigmentum*, ○-○, *Cobaltum, Lap. calamin. Zincum*, *Biſmuthum*, ⊕*lum*, &c Quod ſi verò ſic velimus omnium optimè Regnum hoc vocare poſſemus *metallicum*, voce metalli non ſolùm perfecta & propriè dicta metalla intelligendo, vulgo nota, ſed& lapides tum pretioſos tum vulgares, ac reliqua media mineralia dicta, idque ideo quod iisdem ferè principiis ac metalla conſtent, ac ſpiritus ille mundanus, aſtralis (variis dotatus nominibus) ea itidem, quoad eorum embryonatam velut naturam, diſpariter quamvis, actuet, ut cujus ope non ſolum ſimiliter agunt, ſed& invicem transmutantur, tum in tum extra venas terræ, unde & nomen μέταλλα quaſi μετ' ἄλλα, id quod clarius patet, conſiderando metallorum v.g. Auri è terris, luto, arenà eductionem, item in terram reductionem, prout *Beccherus* teſtatur Aurum in terram ſigillatam abiiſſe, ex luto communi quovis & oleo lini in magna quantitate ferrum verum ſec. eundem ſi non effici ſaltem ſeparari, imò rubricam fabrilem extractâ ♂li tincturâ limum album ſaltem oſtendere: ſic & priſci ſapientes per amores Veneris & Martis indigitare voluerunt, quòd ♂ per ⊕lum in ♀rem poſſit converti, prout rurſus demum ♀ poteſt in ⊕lum abire; E Lapidibus *Magnes* imaturum ſaltem embryonatùmq; ferrum videtur, imò ſilices vulgares metallici quid in ſe fovent, cujus ratione *Paracelſus* haud veritus eſt aſſerere, ſæpius meliores mineras in aprico eſſe quã montib9 abſcondi, pluſq æſtimandum lapidem quem quis contra vaccam proijcit, quam vaccam ipſam: è pretioſioribus etiam lapidib9 obſervatur ſapphirum in mineris ☽ti, ſmaragdum cupri, Carbunculum ☉ri, Rubinum, Granatum ferri, Adamantem ſtanni communiùs reperiri, imò horum metallorum tincturas arte inde extrahi poſſe, adeo ut hiſce jam patere videatur, ſpecificè Mineralia haud diſtingui, quamvis ſeminarium ſeu ſulphureo-ſalino-mercuriale chaos, ſpiritûſque architectonicus ei inexiſtens, variè hæc diſponant & efforment, ceu & in Vegetabilibus variæ mutationes dantur, ut alia in alia abire poſſint. In ſumma voce *Mineralis* ac *metallici* ejuſmodi compoſitum in terræ viſceribus intelligitur quod ex materiâ aſperâ, groſsâ, fuliginosâ, rudiori, craſsâ, cui ſpiritus minus agilis, debilis, in ſuo genere tamen vegetativus, ex eadem materia viſcoſior præſidet, ordinatione & juſſu Divino, Conditoris digito

 viam

Digitized by Google

viam in motu inteſtino & extrinſeco dirigente, reſultat, idque tantò purius perfectius & nobilius, quanto materia illa & ſpiritus eam informans à pollutione tenebrarum & heterogeneitatis irregularitate eſt liberior, ceu poſt dicenda hæc magis illuſtrabunt.

## CAPUT II.

### *De Differentiis Mineralium.*

DE hiſce diffuſius agere, fere ſupervacaneum, cùm in *Cap. antec.* jam ex parte contineantur, quòd nimirum *Mineralia* generaliter ita dicta, ex Alberti Magni diviſione, ſint vel *Metalla*, vel *Lapides*, vel *Media Mineralia.* Receptam Nos hanc, donec melior inveniatur, retinebimus diviſionem, ne ſine cauſa neceſſaria extra viam publicam deflectere, uſúque trita adeo reformidare videamur, eo inducti quòd ad eam mineralium quodvis ad claſſem ordinatam, ex ſimilitudine coloris vel ſubſtantiæ, referri facilè poſſit, claráque ſit ſatis & brevis, quamvis facilè quis colligere poſſet Metallicorum genera longè plura in terræ abyſſo hinc inde à naturâ locari & progigni, ut reſpectu Vegetabilium & Animalium vix etiam ea quis numerare poſſit, etenim ſi pluſquam mille plantarum ſpeciebus mundanum hocce theatrum ſummus Architectus exornavit, hiſque diverſiſſimi generis animalia ſuperaddidit, credibile eſt naturam ſub terrâ non parciorem fuiſſe, ſed diverſiſſimis imò longè pluribus luſiſſe & luxuriaſſe modis, hæc verò nobis ignota eſſe, quum quæ ante pedes & oculos ſunt diſcrimina naturæ prætereamus, imò dum ea cognovimus, ob ignotum uſum & adhibendi ritè ignorantiam, ceu inutilia abjiciamus: Quare & alii aliter hac in re procedunt; Sunt enim qui eorum quæ cognoſcimus genera, pauciora eſſe quàm exiſtimemus ſtatuunt, eò quòd alia aliorum ſint fructus, folia, radices, exhalationes, nunquam ſic diſjungenda; Sunt verò & alii, qui paulò diffuſius rem aggrediuntur, *Mineralia* in *ſeptem genera*, ut eſt *Clavius des Pierres & Pierreries Cap. I. p. 5.* dividendo, nimium in *Lapides, Terras pretioſas, Sulphura, Bitumina, Salia, Metalla* & *Marcaſitas*, quæ vulgò dicuntur *Mineralia*, quibus includit *Balnea* & *Fontes* ex mixturâ prædictorum virtutes ſuas nacta, quamvis & hæc ad dichotomiam referri poſſint, ut nim. ſint vel *Liquida*, vel *Coagulata*, hæcque rurſus vel *fluxilia* ut 5. poſteriora, quæ abſque additione aliûs ſubſtantiæ fluxilia redduntur, vel *non fluxilia*, ut 🜃 & *lapides*, quæ non niſi additione alterius per artem fundi poſſunt. *Beccherus* diligentiſſimus naturæ mineralium ruſpator, Mineralium diviſionem inſtituit, prout magis vel minus ſunt compoſita, quam haud pigebit adducere, nimirum *Mixta mineralia* illi ſunt *Simplicia*, *Compoſita*,

*Decom-*

*Decompoſita*. *Simplicia* ( quæ *principia* etiam ipſi dicuntur reliquorum reſpectu) ſunt vel *remota*, nim. 🜃 & 🜄, vel *proxima*, tres terræ, nim, vel lapidea, calciformis, impropriè ſal dicta, vel pinguis, aliàs 🜍ur appellata, vel & fluida quæ ☿ius etiam nominata eſt, ex quibus *prior* talibus mixtis hypoſtaſin, ſubſtantiam, baſin, *altera*, colorem, *tertia* figuram, malleitatem vel lapideitatem concedat, atque hoc non ex levi quâdam theoriâ ſed praxi, dum pro diversâ terrarum harum mixtione arte mixta alia naturalibus per omnia ſimilia producit, lapideſque & metalla ſolùm quoad tertiam terram in naturâ ſuâ diſtingui docet, profert, quod hinc attentè conſiderandum. Ex his ſimplicibus terris *Compoſita* pro illarum qualitate & quantitate reſultant, & quidem tum *Terræ*, tum *Lapides*, tum *Metalla*, quæ rurſus hinc variant, dum *Terræ* ſunt aut *vulgares*, aut *mediæ* aut *nobiliores*, *Lapideſq;* tum certâ tum incerta figurâ, duritie, ſplendore &c. variant, ac *Metalla* pro miſtionis ratione ſunt nunc *mineræ* ſaltem , quibus nimirum heterogenea adhuc permixta ſunt, nunc *mineralia* ut ♄, nunc *metalla propriè* liquefactione purificata, malleóque ductilia, quorum variæ dantur affectiones phyſicæ. Ex compoſitis hiſce emergunt tandem *Decompoſita* naturalia mixta, quæ iterum ſunt & *terrea* & *lapidea* & *metallica*, omniáque vel *ſicca* vel *liquida*, *dura* aut *mollia*: ſic namque *Decompoſita Terrea ſicca* ſunt *bitumina*, *ſulphura*, *ſalia*, *Liquida*, *olea* & *aquæ ſalinæ*: *Lapidea ſicca*, animalia, ligna, metalla *lapidoſa* facta, varii *fluores* & *tophi*, *ſalia* item ut *Alumen*, *Borrax*, *Liquida*, *aquæ lapideſcentes* & *lapidificantes*: *Metallica ſicca* ☿, *Cinnabaris*, ⊖—⊖, ⊕*lum*, *Liquida*, *aquæ minerales*, Thermæ & Acidulæ. Quamvis verò exactè taliter Mineralium differentiæ habentur, nos nihilominus, ut brevitatis diviſionum legem obſervemus, priori inſiſtemus, concedentes primum *Metallis* locum, inducti non ſaltem Auri primatu, præ reliquis omnibus hujus regni incolis, ac reſolutione metallorum in reliqua duo, cùm nullum ſuis careat ſalibus & ſulphure, terráque iis pro baſi ſit, ſed & ſomnio illo Nabuchodonoſoris videntis ( *Daniel. II. §. 32.*) ſtatuam magnam & terribilem cujus caput ex Auro optimo erat, pectus & brachia ex Argento, Venter & Femur ex ære, Tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis quibus inferioribus percuſſis, reliqua quaſi in favillam æſtivæ areæ, ut loquitur ſacer textus, quæ rapta eſt vento, redacta; quamvis & his poſtremis verbis eò inclinare poſſemus, ut, ad morem aliorum qui de mineralibus quædam nobis reliquerunt, de *Terris* primùm tractationem inſtitueremus, dum eæ maximè bolares, cretaceæ, argillaceæ &c. prima velut ſunt materia in qua ſe formant lapides opaci & metalla, ex ſucceſſiva corpuſculorum ſalinorum, ſulphureorum & aliorum per intima adglutinatione; verùm dum nobilem hujus materiæ titulum conſideramus, more Politicorum primatum deferemus principalioribus hujus regni, quæ ſunt metallica, ut



Digitized by Google

à quibus fere reliqua vires ſuas (atteſtantibus hoc etiam iis qui à Terris incipiunt) diffuſim mutuantur.

## CAPUT III.

### *De Productionis ſeu Generationis Mineralium naturali modo in genere.*

ANte omnia autem inquirendum nobis incumbit, quo pacto Mineralium ortus ſe habeat, & ſucceſſiva eorum hucuſque à creationis tempore propagatio, quæ res ut ut ſummè ſit ardua & abſtruſa ac vel altiſſimam eruditionem variè exercere poſſit, nihilominus ad meliorem Mineralium cognitionem, non ſuperficialem ſaltem ſed profundiorem, ſummè, fructuoſa eſſe poterit. Hac verò in re enodandâ maximè nobis proderit analogiæ trium Regnorum conſideratio, eorúmque gradualis ſaltem invicem diſtantia, adeo ut, ratione ovorum Vegetabilium & Animalium, quibus prodeunt & explicantur, haud adeò abſurdè ſtatuere nobis liceat cum ſapientiſſimo Arabum Philoſopho *Alphonſo Rege Caſtellæ &c. in Clavi Sapient. p. m.* 21. *Ova minerarum*, quod renovatum dogma Lectoris aures minimè tam ruditer offendet, conſiderando cum Illuſtri *Athanaſio Kirchero* (cujus in Mineralium & Magnetis maximè ſcrutinio ſtudium aliàs haud adeo quibusdam diſplicet) Divinam ſapientiam omnia juxta quandam analogiam condidiſſe, ita ut nil ſit in uno quod non in alio juxta analogiam quandam ſimile elucеſcat, ceu aliàs qui noverit analogicæ artis regulas, noſcet etiam quidquid in natura rerum, quæ communi quodam ſpiritu in propria munia extimulatur, juxta humani intellectûs capacitatem ſciri poteſt. Hinc namque, dum Ova mineralia ſtatuimus, non id intendimus, quaſi Metalla, Lapides, Mineralia perfectum ovum vel ſemen particulare, uti Vegetabilia & Animalia, deponerent, deficit enim exquiſitus organorum ad hæc apparatus, ſed quòd tota & in ſingulis ſuis particulis, quamdiu matricibus convenientibus ceu telluris utero includuntur, diſpoſita ſint ad ſui multiplicationem, unde res ita concipienda erit, analogum ejuſmodi minerale ovum ex *igne* & *terrâ* generari, (per *terram* non ſaltem corpora firma & ſolida ſed & particulas ramoſas, viſcoſas, craſſas aliáſque tertii elementi Carteſii, ſicut per ignem, ſi lubet, materiam primi elementi, intelligendo) atque conſequenter ex illis quoque ovum ſuſtentari, extendi & nutriri, ita ut *maſculi* vicem obeat *Ignis*, *fœmina* verò *terra* mineralia ceu fœtum intra ſua viſcera geſtans, nutriens ac debito modo fovendo tandem excludens. Hoc verò ad meliorem dilucidationem ſequentibus explicamus. Deus ſapientiſſimus mundi ſator & ſtator in principio creationis ex informi illâ maſsâ, chaos dicta, per motum ei inditum, lucíſque primigeniæ diſtributionem variam,

corpora

Digitized by Google

corpora varia produxit, tam quæ cœleſtia, quam quæ terreſtria appellamus; In *Terreſtribus* quæ noſtrum ſunt ſubjectum ſpecialius, motus variè inditus à nobis obſervatur etiamnum ex effectibus; In Animalibus quippe is longè amplior & vehementior, quàm in Vegetabilibus, in his verò adhuc major quàm mineralibus prout eleganter *Helmontius Tr. de Format. Ort. §. 8*. *Oper. p. m.* 147. *Mineralium Archæus planè materialis eſt ſub ſpiſſitudine liquidus, occultum & torpidum tegens nitorem, qui vegetior atq; liquidior eſt in Plantis, in Quadrupede verò apertè fluctuat & ſplendet, adeo ut defungente animali mox in oculis ſplendor deficiens conſpiciatur.* Motus ſcilicet in corporibus terreſtribus propriè ita dictis, haud adeo effulget ac in reliquis, adeſt nihilominus adhuc ſufficientiſſimus pro illorum eſſe & vivere: per motum itaque Creâtor (Quidam per rupturam corticis telluris, haud ſecus ac ovum frangitur, explicare noviter conati ſunt) terram variè diviſit, mutavit, combinavit, variis formis ſeminalibus implevit, varias particulas ramoſas, viſcoſas, rigidas, anguloſas, flexiles aliáſque innumerabiles poſt ſeceſſum aliarum ſubtiliſſimarum, effinxit, ut inde ex terra heterogenea varia metalla, lapides, terræ, ſales & ſulphura reſultârint, quorum varius nexus ne periret, ita direxit motum Altiſſimus, ut inde generatione quadam Animalium & Plantarum analogâ, nova ſimilia corpora prodierint, & prodeant indefeſsè ad finem uſque mundi, iiſdem hinc ubique viribus, figuris & coloribus donata. Dum verò *Ignem* maſculi vicem hîc ſubire diximus, ſtatuimus igneos ſolis & aſtrorum radios primarium ad mineralium mixturam, combinationem ac fœcundationem conferre, dum ut fluidiſſimi, penetrantiſſimi ipſum centrum terræ petunt & ad illud ex omni parte globi terraquei appellunt, quo fit ut in eo contineatur materia fluidiſſima & agiliſſima, ſubtiliſſimum mundi, totius fortitudinis, ut cum *tabula Hermetis* loquamur, fortitudo fortis, vincens omnem rem ſubtilem omnémque ſolidam penetrans, quæ dein ſe ſe per omnes terræ meatus & anfractus reflexione ſingulari extendit & explicat, & circulatur, ſimili ferè modo ac per arterias ſanguis in animalibus circulatione per venas redit, ac aliàs motus aquarum ſubterranearum in hydrophylaciis eſt contrarius motui aquarum ſuperterranearum: hac verò reflexione, intenditur non ſaltem calor magis vel minus, pro loci ad centrum habitudine & proximitate (atteſtantibus id foſſoribus) ſed & ſpiritus hi cœleſtes, quibus terra perfunditur, qui ex origine ſua ſunt puriſſimi, ſumè tenues terreſtri materiæ, aquæ ſubterraneæ ac etiam aëri vaporoſóque humido ita junguntur & per quandam velut delaſſationem illaqueantur, ut per certam digeſtionem, concoctionem & depurationem, unctuoſum, pingue, viſcidum, ſaponiforme quid emergat, ceu & de pinguedine terræ *S. S.* ac de ſulphure tot hinc inde Philoſophorum Chymicorum elogia; taliter namque radii ſolares, qui quintam eſſentiam rerum nobis

nobis conſtituere videntur, aptè inviſcari poſſunt, ad inſtar muſcarum dum mel deguſtant, unde & non ſaltem in *Vegetabilibus* reſinoſa vitalem eorum balſamum conſtituunt, ſed & in *Animalibus* gumeus quidam velut liquor (ceu quorum ſanitas in debita mixtura particularum ⊖narum ſubtilium cum ramoſis & viſcoſis ſanguinis conſiſtit) maximè reperitur, ut eſt ſuccus nutritius in ſanguine gelatinoſus, ac ſemen viſcoſitate ſuâ peculiari ſpiritus copioſiſſimos irretitos tenens; pariter etiam ex *analogiſmo* nobis ſe videtur habere cum ſpermate ſeu ovo minerali, quod ex nectare vivifico terræ ejusque humido, ut ita dicam, primigenio reſultat, quodque Deus in initio creationis ipſi conceſſit, relictâ intra eam debitâ particulâ lucis primigeniæ, in ſolem & ſtellas fixas tum primariò ablegatâ, quale hinc reſiduum lucis illius primigeniæ maximam affinitatem & connubium cum radiis ſolaribus adhuc fovens, plurimùm ad Ignium ſubterraneorum conſtitutionem contribuere videtur: ſic verò apparebit *Matrem* ſeu *fœminam Mineralium* repræſentare mucoſam, viſcoſam, pinguem quandam ſubſtantiam ſeu particulas ramoſas, unctuoſas, glutinoſas, ſpiritu quodam aſtrali & igneo turgidas, quo velut motore interno cum alio externo, Archeo ſcilicet ſubterraneo in cœcis geocoſmi uteris vaporum inſtar ſeu nubecularum diſcerptarum commoventur, digeruntur, ſublimantur, ad exteriorem terræ faciem attolluntur, intra intimas telluris fibras, montiúmque abditos ductus diffunduntur, ut tandem, ubi materiam proportionatam offenderunt, pro ratione puritatis & impuritatis, diſpoſitionéque matricum particulas haſce ſpirituoſas viſcoſas & glutinoſas ſuſcipientium, diverſa oriantur metalla ac mineralia & Lapides, ceu in ſequentibus ſpecialius hæc explicabuntur. Quod ſi verò attendamus ad ea quæ in montibus fodinísque præcipuè apparent, ſiſtet ſe nobis peculiaris quædam *terra calciformis* (ceu & hoc jam notavit *Gilgil Arabs* apud *Albertum*, metallorum materiam aſſerens Calcem & Lixivium) lapidiformis tenera & tractabilis, ad quam halitus illi unctuoſi, ♀rei, pingues in motu appellunt, ei ſe affingunt, minima ejus ſubeunt, particularúmque diſpoſitionem & connubium peculiare inducunt, animamque velut, ſpeciem & formam largiuntur, ut ſic novum concretum ex naturæ directione effingatur, idque pro terræ hujus, fumorum, propriíque ſalis nobilitate (ceu & inde ſulphurum mineralium nobilitas, metallorúmque ignobilium exaltatio emergit) puritate & copiâ, in hypoſtaſi, opacitate, claritate & fluxu, varium & multiplex; Neceſſitas verò hujus terræ peculiaris patet quàm maximè exinde, quòd ejus abſentiâ, fumis diſcurrentibus hoſpitio commodo ſic excluſis, non niſi concreta metallica imperfecta, ut ſunt fluores parietibus cryptarum ſaponis ad inſtar (qualis eſt ille quem mihi Nobilis Anglus Dn. Sloane M.D. Monſpelij dedit) adhærentes, reſultent. Ex quibus omnibus inferre eſt, *Patrem* mineralium

eſſe

Digitized by Google

eſſe aſtrorum ignem in terram aut evibratum aut à creatione à Deo in ea ex parte relictum, motum huc primariò conferentem; *Matrem* autem terram fumigosàsque exhalationes variè ſe aliis particulis terreſtribus adjungentes, quorum omnium mutuo connubio & commixtione, actione & directione Ovum minerale ac rudimentum, partúsque tandem velut reſultat; prout abſurdum haud eſt ſtatuere res inferiores ſuperioribus à Creatore non aliter ac ovum gallinæ fovendum vel fœminam à viro fœcundandam ſuppoſitas eſſe. Atque ſcrutinium horum non ſolùm Generationem & Productionem Mineralium clariùs ſiſtet, ſed & Vegetabilium & Animalium, horúmque triadis *analogiam* ſummam, *gradualémq;* ſaltem *differentiam* ex parte magis dilucidabit, in quibus omnibus duo in tertium conſpirare patebit. In *Mineralibus* hoc modò oſtenſum, notando ſaltem ſemen vel ovum tam perfectè aut perſpicuè in iis haud animadverti ac in duobus prioribus, idque fortè ſingulari Dei diſpoſitione, cōmunior namque ſic foret tinctura philoſophica ſeu lapis ille multos per errorem & divagationem offendens, eſt nempe is, ut ex Archiſtrategi Romani, de obſidione Viennæ nuperà redeuntis relatione, ſcriptis & doctrina Patavii mihi factâ narrare poſſum, Aurum in ſupremum gradum exaltatum & digeſtum, inſtar ſeminis quod plantula eſt exaltatiſſima, aurum vero commune eſt velut herba abſque ſemine, & prout hæc maturatione productâ ſemen protrudit, ſic & aurum maturatum optimè ſemen ſeu tincturam largiri poterit, in qua ſe multiplicet, induſtriâ artificis naturam promovente, elixiréque, ut cum Chymicis ejuſmodi loquar, movente totum ad ſuum genus, quâ in re fere idem eſt proceſſus ac naturæ in evolutione germinis in ovo ad pullum efformandum, nec adeo abſurdè Ovum philoſophicum id nominat *Dornæus in Clav. Alchim.* In *Vegetabilibus* ut ut unum ſaltem appareat, ſexûſque diſcrimina nulla ſint, attamen duo ad ſeminum productionem & excluſionem concurrunt, uti enim longè inferiora ſunt animalibus, ita etiam extrinſecus aſtrorum ignem pro parente fœcundante efflagitant ut is ſeminum coagulo implantetur, ſicque incorporatus ſpecificetur, plantáque tandem pro ſpeciei ratione è terra matre prodeat. In *Animalibus* ſi hoc conſideremus, errorem declinabimus illorum qui animalium hodiernorum quorumvis in ovariis primis à Deo immediate creatis exiſtentiam ex Zenonis materiæ in infinitum diviſibilitate (quæ tamen diviſibilitas eſt ſolummodo diviſio in partes quotcunque quis velit, non actualis) haud pridem perſuadere conati ſunt, quaſi partes omnes tam maſculorum quàm fœmellarum jam in ovis continerentur, cùm tamen tum ſolùm ovum ad gignendum animal habile perfectúmque reſultet, quando mas & fœmina in ipſo coitûs actu illud decenter diſponunt, ut ideam hominis perfectam gerat, antea verò minimè, de quo in *Regno Animali.* Analogiam harmoni-

moniámque ac participationem trium horum regnorum notamus etiam in hiſce, quòd ex una eadémque cauſa & principio originem ſuam deſumant, materiáque ſimilis in deſtructione & corruptione remaneat: Quopacto viſcoſa illa mercurialis ſubſtantia intra terram ad ſuperiora motu intrinſeco vergat, ſuprà dictum, unde fit ut ſi materia illa non occurrat vel ſe inſinuare poſſit matrici convenienti vel copulam convenientem cum aliis particulis inire, immediatè vergat ad terræ ſuperficiem externam, indéque oriantur Vegetabilia, nimirum materia telluris fluidiſſima cum particulis aliis ſenſim per anguſtos terræ meatus exacuata ſubtilia puncta & acumina acquirit, quibus per poros radicum & fibrillarum pertranſire poteſt, unde mediante aquâ & particulis illis viſcoſis ac ramoſis incremento & exaltationi plantarum inſervit; hæc verò Vegetabilia dum animalibus in cibum cedunt, eorum nutrimento & incremento inſerviunt. In deſtructione Vegetabilium & Animalium v.g. per calcinationem elixiviatione remanet terrea quædam materia, quæ vitri paſtam ex arena & ſilicibus fuſam auget, eámq; fluxiliorem reddit, ſimilis omnino terræ ejuſmodi califormi, cui & maximè conformis pollen iſte tenuiſſimus cinerum ad inſtar, levi motu vel aura diſſipabilis & in ſe concidens, in quem corpora noſtra poſt mortem abire cum *Platero* ſæpius obſervavi, ex quâ terreſtri ſubſtantiâ, ut & ex illâ oſſium calcinatorum, ſaléque forti eorum volatili quis poſt mortem in tremuli Narciſſuli ideam, lacteam ſubſtantiam, vitrum ſcilicet omnium vitrorum nobiliſſimum redigi poteſt, ceu de ſe hoc optavit Experientiſſ. *Becherus*, manifeſto documento arctam eſſe Regnorum trium affinitatem & analogiam: ceu & illa apparet in matricibus, in quibus mineralia ut reliqua ad idearum explicationem diſponuntur, prout Foſſoribus abunde conſtat, mineralia in naturali tendentia ad finem inhiberi, dum immatura è matrice extrahuntur, haud ſecus ac ſeminali plantulâ & embryone ante tempus extracto, natura opere ſuo fruſtratur: Verùm differentia hîc eſt quoad uterum animalem & mineralem, quod hîc non adeo bene ſit munitus & tectus ut ille, ſed pervius ſit vaporibus aliis & ſuccis mineralibus, aërique undique acceſſus ſit liber, quo fit ut in uno monte diverſi generis metalla, in uno lapide varia mineralia reperiantur, diverſiſſima namque hincque inexplicabilis ferè eſt vaporum & ſuccorum ejuſmodi conſtitutio & connubium cum aliis, ut quis fodinas minerales continuò inhabitans exactè omnia obſervare vix poſſit, obſervatur tamen vapores illos nunc eſſe ☿reo-⊖nos, nunc ⊖no-☿reos, id eſt, nunc benignos nunc malignos, prout ☿ extraverſum eos mitigat vel ſal oppreſſo magis ☿re dominium tenet acrimoniáque ſua valde corroſivum exiſtit, præprimis autem attendendum videtur ad fixativum quodpiam ſal, vitriolicæ naturæ, à quo maturitas & perfectio mineralium potiſſimum dependet (ceu ⊖ ⊕latum inſtar fermenti

menti acidi naturæ, quo generationes rerum naturalium omnium propagantur, ſe habere *Rolfincius* ſentit) reſidere namque in eo videtur ignis mineralium pater quam copioſiſſimè, prout ex Vitriolo ſpiritus elicitur planè igneus inſtar ignis omnes vitioſos humores corporis conſumens, 🜍 *Philoſophorum* dictus, ac Metallifoſſores obſervant venas metallorum omnes finire in chalcantum, quo apparente indicatur in foſſione deſiſtendum; unde non immeritò *Rupeſciſſa* dixit: *Vitriolum ſeu ſal eſt primum principium generandi omnia mineralia tanquam principium remotiſſimum.* Hinc ut id quod obſervationibus variorum conſtat, huc inprimis adducamus, certum eſt in Vitrioli deſtillatione caput mortuum aëri aperto expoſitum, de novo ſpiritum ſalinum recuperare, priori deſtillato viribus non ſolùm non inferiorem ſed ſubtiliorem & efficaciorem, ita ut ſpiritus vitrioli regeneratus appelletur, de qua regeneratione quia quam plurima exempla hinc inde apud *Agricolam, Erckerum, Matheſium, Albinum, Borrichium, Webſter, Boyleum,* maximè in hujus Obſerv. de Generat. Metallorum in minera ſua aëri expoſitorum, extant, iis hîc proferendis ſuperſedemus, inclinantes in eam ſententiam, *Aëris* catholici illius nectaris vim efficaciam & concurſum materialem in Mineralia æquè eſſe ac reliqua, nimirum eum non ſaltem particulis ſuis agilibus, ſubtilibus, ſummè penetrantibus & obſtacula quævis amoventibus partium homogenarum acceſſum promovere, aptè illas diſponere, ſolvere & combinare, ſed & aliis quas in ſe continet ſecúmque vehit augmentum præſtare, ſimiliter ferè ac pluvioſâ tempeſtate aqueas rebus apponit, imò per eum ſpiritus etiam fluctuare metallicos ⊖nos, vitriolicos volatiles quibus diverſimodè modificatus pro variâ locorum conſtitutione, mineralia varii generis ex variâ earum collectione generantur, maturantur, evolvuntur & perficiuntur. Hæc verò omnia clariora ſiſtent, quæ occaſione *Scholii mei ad Obſervat.* CLXXXIX. *de Lapillis albis caryophyllos aromaticos referentibus in monte Legerio Ditionis Tigurinæ* repertis in *Miſcell. Curioſ. Germ. Ann III. Decad. II.* ad me exaravit inter alia *Excellentiſſ. & Experientiſſ. D. Joh. Jac. Wagnerus, Medicus Tigurinus Clariſſimus,* his verbis: Ephemeridum Curioſorum Tomum ultimum Norinbergâ ad nos perlatum, cupidè quoque perlegi, mirúmque in modum ſententia tua de Vegetatione foſſilium ad palatum fuit, certò perſuaſum mihi habeo ad eorum productionem primùm certum & proprium quoddam ſeminium requiri, quod ſuis certis atque determinatis particulis conſtat, & à Deo in primæva creatione mundi globo terraqueo inſitum & per verbum Fiat, id eſt, Creſcite & multiplicamini, factum eſt: & quidem ſeminium illud in Lapidibus eſſe lapideum ſeu lapideſcens, in ſalibus atque mineralibus ſua quoque certâ materia conſtare: deinde ſeminium illud ſpeciale atque determinatum à calore ſubterraneo agitari, vegetari, id eſt, particulas ejus mediante hoc, ſeſe movere, explicare, multi-



Digitized by Google

multiplicare, mutare, &c. molles atque liquidas reddi, ſive in liquorem aut ſuccum in terreſtri materia, ſolvi: Atque huc inprimis facit obſervatio *Nobiliſſimi Peireſkij* apud Gaſſendum in vitâ prædicti Viri Celeberrimi, quam circa lapidum calcariorum productionem in Rhodano, ni fallor, inſtituit: huc etiam maximè inſervit productio variorum Coralliorum &c. Forma denique diverſa foſſilium reſultat ex ipſorum corpuſculorum vario concurſu, diversâ eorundem figurâ, motúque vario atque quiete, quæ per naturam apta ſunt vel cuneatim ſe jungere, vel gracilibus & rigidis ſuis particulis, vel acutis ſuis angulis aut aciebus plura eorundem penetrare, ita verb. gr. cuivis atomo ejuſdem ſalis ſemper eadem figura competit; ſal videlicet communis abit in cubos quadrangulares, Sal armoniacus in hexagonas, Sal urinæ in pentagonas &c. eodem modo Lapidum & Mineralium particulæ magnam diverſitatem inter ſeſe habent, & juxta materiæ hujus combinationem, concurſum, motum atque quietem, diverſa figura oritur. Neque circa Lapidum procreationem ſpiritus aliquis lapidificus ſeu coagulatorius fingendus. quo mediante partes coaleſcant; quandoquidem partes æquales lævésque fortius ſibi adhæreſcant, quàm glutine quovis, juxta illud Hippocratis L. de Diætâ: *Concors concordi adhæreſcit*, & Antiquorum illud: ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει Quamvis autem cuncta hæc determinare non ita facilè ſit, cùm aliud in aliis ſubinde accedat neceſſe ſit, ſi rerum cauſas ſpecificas edicere velimus, certum interim Naturam hîc non minus certas ſuas habere leges, definitásque motiones, quas ipſa ſibi impoſitas conſtanter & abſque ordinis mutabilitate ſervat, propter jam commemorata ſua ſemina, quàm ſtirpes atque animalia quod fusè deduci poſſet. Circa hanc rem non contemnendas congeſſerunt Obſervationes *G. Agricola de ſubterran. Lib. V. p. m. 63. Mattheſius in ſua Sarepta: Jonſthonus in Thaumatograph. Claſſ. IV. Cap. I. & alii.* Sed ſatis jam de his.

## CAPUT IV.

### *De Nutritionis & Augmentationis Mineralium modo.*

QUæ noſtra ſit ſententia de Nutritionis Mineralium modo ex Generationis eorum doctrina à nobis modò propoſita eluceſcet; Sicuti enim exactiùs rem conſiderando patet, Generationem eſſe inchoatam nutritionem, & exinde Nutritionem eſſe continuatam generationem, ita etiam de materia nutritionis conſtabit, eam unam eandémque eſſe, quæ eſt primordii ovi mineralis, videlicet non ſimplicem aquam, quæ, dum mineralia metalláque funduntur facilè evaporaret, ſed humiditatem unctuoſam, viſcoſam, lentam, glutinoſam, ☿rialem, quæ in terræ matricibus pro ratione di-

ne diverſæ diſpoſitionis & acquiſiti cujuſdam congelationis habitûs in conſiſtentiam&ſoliditatem mineralem velpuram vel impuram excoquitur,ceu experimentum curioſum de viſcoſo liquore, qui menſe Martio ad radices certarum arborum in Hungaria reperitur, ſiſtit *Caßius in Cogit. de Auro Cap. V.* quòd nimium is in vitro hermeticè ſigillato fotus in ſpumam quaſi auream elevatus ſit, atque donec ille per ſe in terram abierit, ſpiritus aureus tum vitri latera pinxerit tum nubeculi forma terræ ſuperincubuerit, quæ terra tandem minerale aureum vegetativum produxerit, quod reverâ creſcere incipiebat, ſolidum erat, ponderoſum & admirabile, nondum tamen ſatis à naturâ firmatum, ſed fugax adhuc in igne, ut anatomia per Vulcanum docuit, metallum. Obſervant hinc Metallurgi in fodinis ſæpius in rimis ſaxorum dirutorum Liquorem ſubalbidum vireſcentem, qui mox concreſcit inſtar ſaponis liquidi, & per alterationem variam vario quoquè colore apparet, & in diverſicoloria concreta denſatur. Quò verò liquore hic apte nutritioni inſervire poſſit, exactéque ut ſuccus craſſior permiſceri poſſit terræ calciformi *ſuperiori capite* nominatæ, neceſſum eſt ut in vapores ( ceu & *Ariſtoteles* Metallorum primordia roris & pruinæ exemplo explicat) reſolvatur & per inhalationes ad augmentum mineralium diſponatur, ceu ſæpius in fodinis obſervatur vapores ſulphureos calidos parietibus adhæreſcentes poſt aliquot dies in materiam unctuoſam & ſplendentem abiiſſe: Ex analogia nimirum de Mineralibus nobis ſtatuendum, quod de Plantis & Animalibus eorúmque ovis, quæ diximus eſſe ſaltem ſucci nutritii partes ſubtiliſſimas idealiter tinctas, minutimque conglobatas, unde pariter Mineralium nutritio & augmentatio erit ab eadem materia, quâ ovum eorum primitus conſtabat, materiáque illa talis erit quæ mineralia augere vel cum durabilitate permanere faciat, quæ hinc non alia eſſe poterit quam viſcoſa & lenta; prout & videmus ſingulari quadam providentiâ *Animalibus* & & *Plantis* humores eſſe ingenitos unctuoſos, gelatinoſos, pingues, ut calore naturali citò non exiccentur, quorum hinc gratiâ vivunt & vigent. Pariter namque ex ſententiâ noſtrâ, quâ gradualem ſaltem trium Regnorum differentiam ſtatuimus, *Mineralibus* Vitam quandam analogam, ac inde inſeparabiliter Nutritionem & Augmentationem attribuimus, quam & olim jam agnovit *Aurelius Augurellus* Ariminenſis, Glaurâ ſuâ aliàs celebris

*- - - - - Verùm ipſa ſecreto vivere quivis*
*Sentiet ac vita divino munere fungi,*
*Hac & oriri eadem ſi contemplabitur, & ſi*
*Augeri ex ſeſe penitúsq; increſcere cernet.*

Ex duabus hiſce verò operationibus realiter à ſe haud differentibus prior confirmat poſteriorem, dum aſſimilatione novæ proportionatæ ſubſtantiæ increſcunt Mineralia, reparatúrque quod vel calore ſubterraneo



Digitized by Google

viam in motu inteſtino & extrinſeco dirigente, reſultat, idque tantò purius perfectius & nobilius, quanto materia illa & ſpiritus eam informans à pollutione tenebrarum & heterogeneitatis irregularitate eſt liberior, ceu poſt dicenda hæc magis illuſtrabunt.

## CAPUT II.

### *De Differentiis Mineralium.*

DE hiſce diffuſius agere, fere ſupervacaneum, cùm in *Cap. antec.* jam ex parte contineantur, quòd nimirum *Mineralia* generaliter ita dicta, ex Alberti Magni diviſione, ſint vel *Metalla*, vel *Lapides*, vel *Media Mineralia*. Receptam Nos hanc, donec melior inveniatur, retinebimus diviſionem, ne ſine cauſa neceſſaria extra viam publicam deflectere, uſuque trita adeo reformidare videamur, eo inducti quòd ad eam mineralium quodvis ad claſſem ordinatam, ex ſimilitudine coloris vel ſubſtantiæ, referri facilè poſſit, claráque ſit ſatis & brevis, quamvis facilè quis colligere poſſet Metallicorum genera longè plura in terræ abyſſo hinc inde à naturâ locari & progigni, ut reſpectu Vegetabilium & Animalium vix etiam ea quis numerare poſſit, etenim ſi pluſquam mille plantarum ſpeciebus mundanum hocce theatrum ſummus Architectus exornavit, hisque diverſiſſimi generis animalia ſuperaddidit, credibile eſt naturam ſub terrâ non parciorem fuiſſe, ſed diverſiſſimis imò longè pluribus luſiſſe & luxuriaſſe modis, hæc verò nobis ignota eſſe, quum quæ ante pedes & oculos ſunt diſcrimina naturæ prætereamus, imò dum ea cognovimus, ob ignotum uſum & adhibendi ritè ignorantiam, ceu inutilia abjiciamus: Quare & alii aliter hac in re procedunt; Sunt enim qui eorum quæ cognoſcimus genera, pauciora eſſe quàm exiſtimemus ſtatuunt, eò quòd alia aliorum ſint fructus, folia, radices, exhalationes, nunquam ſic diſjungenda; Sunt verò & alii, qui paulò diffuſius rem aggrediuntur, *Mineralia* in *ſeptem genera*, ut eſt *Clavius des Pierres & Pierreries Cap. I. p. 5.* dividendo, nimium in *Lapides*, *Terras pretioſas*, *Sulphura*, *Bitumina*, *Salia*, *Metalla* & *Marcaſitas*, quæ vulgò dicuntur *Mineralia*, quibus includit *Balnea* & *Fontes* ex mixturâ prædictorum virtutes ſuas nacta, quamvis & hæc ad dichotomiam referri poſſint, ut nim. ſint vel *Liquida*, vel *Coagulata*, hæcque rurſus vel *fluxilia* ut 5. poſteriora, quæ abſque additione aliûs ſubſtantiæ fluxilia redduntur, vel *non fluxilia*, ut 🜃 & *lapides*, quæ non niſi additione alterius per artem fundi poſſunt. *Beccherus* diligentiſſimus naturæ mineralium ruſpator, Mineralium diviſionem inſtituit, prout magis vel minus ſunt compoſita, quam haud pigebit adducere, nimirum *Mixta mineralia* illi ſunt *Simplicia*, *Compoſita*, *Decom-*

Digitized by Google

*Decompoſita. Simplicia* ( quæ *principia* etiam ipſi dicuntur reliquorum reſpectu) ſunt vel *remota*, nim. 🜃 & 🜄, vel *proxima*, tres terræ, nim. vel lapidea, calciformis, impropriè ſal dicta, vel pinguis, aliàs 🜍ur appellata, vel & fluida quæ ☿ius etiam nominata eſt, ex quibus *prior* talibus mixtis hypoſtaſin, ſubſtantiam, baſin, *altera*, colorem, *tertia* figuram, malleitatem vel lapideitatem concedat, atque hoc non ex levi quâdam theoriâ ſed praxi, dum pro diverſâ terrarum harum mixtione arte mixta alia naturalibus per omnia ſimilia producit, lapidéſque & metalla ſolùm quoad tertiam terram in naturâ ſuâ diſtingui docet, profert, quod hinc attentè conſiderandum. Ex his ſimplicibus terris *Compoſita* pro illarum qualitate & quantitate reſultant, & quidem tum *Terra*, tum *Lapides*, tum *Metalla*, quæ rurſus hinc variant, dum *Terræ* ſunt aut *vulgares*, aut *mediæ* aut *nobiliores*, *Lapidéſq;* tum certâ tum incertâ figurâ, duritie, ſplendore &c. variant, ac *Metalla* pro miſtionis ratione ſunt nunc *minera* ſaltem, quibus nimirum heterogenea adhuc permixta ſunt, nunc *mineralia* ut ♁, nunc *metalla propriè* liquefactione purificata, malleóque ductilia, quorum variæ dantur affectiones phyſicæ. Ex compoſitis hiſce emergunt tandem *Decompoſita* naturalia mixta, quæ iterum ſunt *& terrea & lapidea & metallica*, omniáque vel *ſicca* vel *liquida, dura* aut *mollia*: ſic namque *Decompoſita Terrea ſicca* ſunt *bitumina, ſulphura, ſalia, Liquida, olea & aquæ ſalinæ*: *Lapidea ſicca*, animaliæ, ligna, metallà *lapidoſa* facta, varii *fluores & tophi*, *ſalia* item ut *Alumen, Borrax, Liquida, aquæ lapideſcentes & lapidificantes*: *Metallica ſicca* ☿, *Cinnabaris*, o—o, 🜖*lum, Liquida, aquæ minerales*, Thermæ & Acidulæ. Quamvis verò exactè taliter Mineralium differentiæ habentur, nos nihilominus, ut brevitatis diviſionum legem obſervemus, priori inſiſtemus, concedentes primum *Metallis* locum, inducti non ſaltem Auri primatu, præ reliquis omnibus hujus regni incolis, ac reſolutione metallorum in reliqua duo, cùm nullum ſuis careat ſalibus & ſulphure, terráque iis pro baſi ſit, ſed & ſomnio illo Nabuchodonoſoris videntis (*Daniel. II. §. 32.*) ſtatuam magnam & terribilem cujus caput ex Auro optimo erat, pectus & brachia ex Argento, Venter & Femur ex ære, Tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis quibus inferioribus percuſſis, reliqua quaſi in favillam æſtivæ areæ, ut loquitur ſacer textus, quæ rapta eſt vento, redacta; quamvis & his poſtremis verbis eò inclinare poſſemus, ut, ad morem aliorum qui de mineralibus quædam nobis reliquerunt, de *Terris* primùm tractationem inſtitueremus, dum eæ maximè bolares, cretaceæ, argillaceæ &c. prima velut ſunt materia in qua ſe formant lapides opaci & metalla, ex ſucceſſiva corpuſculorum ſalinorum, ſulphureorum & aliorum per intima adglutinatione; verùm dum nobilem hujus materiæ titulum conſideramus, more Politicorum primatum deferemus principalioribus hujus regni, quæ ſunt metallica, ut

 à qui-

Digitized by Google

à quibus fere reliqua vires ſuas (atteſtantibus hoc etiam iis qui à Terris incipiunt) diffuſim mutuantur.

## CAPUT III.

### *De Productionis ſeu Generationis Mineralium naturali modo in genere.*

ANte omnia autem inquirendum nobis incumbit, quo pacto Mineralium ortus ſe habeat, & ſucceſſiva eorum huc uſque à creationis tempore propagatio, quæ res ut ut ſummè ſit ardua & abſtruſa ac vel altiſſimam eruditionem variè exercere poſſit, nihilominus ad meliorem Mineralium cognitionem, non ſuperficialem ſaltem ſed profundiorem, ſummè, fructuoſa eſſe poterit. Hac verò in re enodandâ maximè nobis proderit analogiæ trium Regnorum conſideratio, eorúmque gradualis ſaltem invicem diſtantia, adeo ut, ratione ovorum Vegetabilium & Animalium, quibus prodeunt & explicantur, haud adeò abſurdè ſtatuere nobis liceat cum ſapientiſſimo Arabum Philoſopho *Alphonſo Rege Caſtellæ &c. in Clavi Sapient. p. m.* 21. *Ova minerarum*, quod renovatum dogma Lectoris aures minimè tam ruditer offendet, conſiderando cum Illuſtri *Athanaſio Kirchero* (cujus in Mineralium & Magnetis maximè ſcrutinio ſtudium aliàs haud adeo quibusdam diſplicet) Divinam ſapientiam omnia juxta quandam analogiam condidiſſe, ita ut nil ſit in uno quod non in alio juxta analogiam quandam ſimile elucеſcat, ceu aliàs qui noverit analogicæ artis regulas, noſcet etiam quidquid in natura rerum, quæ communi quodam ſpiritu in propria munia extimulatur, juxta humani intellectûs capacitatem ſciri poteſt. Hinc namque, dum Ova mineralia ſtatuimus, non id intendimus, quaſi Metalla, Lapides, Mineralia perfectum ovum vel ſemen particulare, uti Vegetabilia & Animalia, deponerent, deficit enim exquiſitus organorum ad hæc apparatus, ſed quòd tota & in ſingulis ſuis particulis, quamdiu matricibus convenientibus ceu telluris utero includuntur, diſpoſita ſint ad ſui multiplicationem, unde res ita concipienda erit, analogum ejuſmodi minerale ovum ex *igne* & *terrâ* generari, (per *terram* non ſaltem corpora firma & ſolida ſed & particulas ramoſas, viſcoſas, craſſas aliáſque tertii elementi Carteſii, ſicut per ignem, ſi lubet, materiam primi elementi, intelligendo) atque conſequenter ex illis quoque ovum ſuſtentari, extendi & nutriri, ita ut *maſculi* vicem obeat *Ignis*, *fœmina* verò *terra* mineralia ceu fœtum intra ſua viſcera geſtans, nutriens ac debito modo fovendo tandem excludens. Hoc verò ad meliorem dilucidationem ſequentibus explicamus. Deus ſapientiſſimus mundi ſator & ſtator in principio creationis ex informi illâ maſsâ, chaos dicta, per motum ei inditum, lucíſque primigeniæ diſtributionem variam,

corpora

Digitized by Google

corpora varia produxit, tam quæ cœleſtia, quam quæ terreſtria appellamus; In *Terreſtribus* quæ noſtrum ſunt ſubjectum ſpecialius, motus variè inditus à nobis obſervatur etiamnum ex effectibus; In Animalibus quippe is longè amplior & vehementior, quàm in Vegetabilibus, in his verò adhuc major quàm mineralibus prout eleganter *Helmontius Tr. de Formar. Ort. §.8. Oper. p. m.* 147. *Mineralium Archæus planè materialis eſt ſub ſpiſſitudine liquidus, occultum & torpidum tegens nitorem, qui vegetior atq; liquidior eſt in Plantis, in Quadrupede verò apertè fluctuat & ſplendet, adeo ut defungente animali mox in oculis ſplendor deficiens conſpiciatur.* Motus ſcilicet in corporibus terreſtribus propriè ita dictis, haud adeo effulget ac in reliquis, adeſt nihilominus adhuc ſufficientiſſimus pro illorum eſſe & vivere: per motum itaque Creâtor (Quidam per rupturam corticis telluris, haud ſecus ac ovum frangitur, explicare noviter conati ſunt) terram variè diviſit, mutavit, combinavit, variis formis ſeminalibus implevit, varias particulas ramoſas, viſcoſas, rigidas, anguloſas, flexiles aliáſque innumerabiles poſt ſeceſſum aliarum ſubtiliſſimarum, effinxit, ut inde ex terra heterogenea varia metalla, lapides, terræ, ſales & ſulphura reſultarint, quorum varius nexus ne periret, ita direxit motum Altiſſimus, ut inde generatione quadam Animalium & Plantarum analogâ, nova ſimilia corpora prodierint, & prodeant indefeſsè ad finem uſque mundi, iiſdem hinc ubique viribus, figuris & coloribus donata. Dum verò *Ignem* maſculi vicem hîc ſubire diximus, ſtatuimus igneos ſolis & aſtrorum radios primarium ad mineralium mixturam, combinationem ac fœcundationem conferre, dum ut fluidiſſimi, penetrantiſſimi ipſum centrum terræ petunt & ad illud ex omni parte globi terraquei appellunt, quo fit ut in eo contineatur materia fluidiſſima & agiliſſima, ſubtiliſſimum mundi, totius fortitudinis, ut cum *tabula Hermetis* loquamur, fortitudo fortis, vincens omnem rem ſubtilem omnémque ſolidam penetrans, quæ dein ſe ſe per omnes terræ meatus & anfractus reflexione ſingulari extendit & explicat, & circulatur, ſimili ferè modo ac per arterias ſanguis in animalibus circulatione per venas redit, ac aliàs motus aquarum ſubterranearum in hydrophylaciis eſt contrarius motui aquarum ſuperterranearum: hac verò reflexione, intenditur non ſaltem calor magis vel minus pro loci ad centrum habitudine & proximitate (atteſtantibus id foſſoribus) ſed & ſpiritus hi cœleſtes, quibus terra perfunditur, qui ex origine ſua ſunt puriſſimi, ſumè tenues terreſtri materiæ, aquæ ſubterraneæ ac etiam aëri vaporoſóque humido ita junguntur & per quandam velut delaſſationem illaqueantur, ut per certam digeſtionem, concoctionem & depurationem, unctuoſum, pingue, viſcidum, ſaponiforme quid emergat, ceu & de pinguedine terræ *S. S.* ac de ſulphure tot hinc inde Philoſophorum Chymicorum elogia; taliter namque radii ſolares, qui quintam eſſentiam rerum nobis

nobis conſtituere videntur, aptè inviſcari poſſunt, ad inſtar muſcarum dum mel deguſtant, unde & non ſaltem in *Vegetabilibus* reſinoſa vitalem eorum balſamum conſtituunt, ſed & in *Animalibus* gumeus quidam velut liquor (ceu quorum ſanitas in debita mixtura particularum ⊖narum ſubtilium cum ramoſis & viſcoſis ſanguinis conſiſtit) maximè reperitur, ut eſt ſuccus nutritius in ſanguine gelatinoſus, ac ſemen viſcoſitate ſuâ peculiari ſpiritus copioſiſſimos irretitos tenens; pariter etiam ex *analogiſmo* nobis ſe videtur habere cum ſpermate ſeu ovo minerali, quod ex nectare vivifico terræ ejusque humido, ut ita dicam, primigenio reſultat, quodque Deus in initio creationis ipſi conceſſit, relictâ intra eam debitâ particulâ lucis primigeniæ, in ſolem & ſtellas fixas tum primariò ablegatâ, quale hinc reſiduum lucis illius primigeniæ maximam affinitatem & connubium cum radiis ſolaribus adhuc fovens, plurimùm ad Ignium ſubterraneorum conſtitutionem contribuere videtur: ſic verò apparebit *Matrem* ſeu *fœminam Mineralium* repræſentare mucoſam, viſcoſam, pinguem quandam ſubſtantiam ſeu particulas ramoſas, unctuoſas, glutinoſas, ſpiritu quodam aſtrali & igneo turgidas, quo velut motore interno cum alio externo, Archeo ſcilicet ſubterraneo in cœcis geocoſmi uteris vaporum inſtar ſeu nubecularum diſcerptarum commoventur, digeruntur, ſublimantur, ad exteriorem terræ faciem attolluntur, intra intimas telluris fibras, montiúmque abditos ductus diffunduntur, ut tandem, ubi materiam proportionatam offenderunt, pro ratione puritatis & impuritatis, diſpoſitionéque matricum particulas haſce ſpirituoſas viſcoſas & glutinoſas ſuſcipientium, diverſa oriantur metalla ac mineralia & Lapides, ceu in ſequentibus ſpecialius hæc explicabuntur. Quod ſi verò attendamus ad ea quæ in montibus fodiníſque præcipuè apparent, ſiſtet ſe nobis peculiaris quædam *terra calciformis* (ceu & hoc jam notavit *Gilgil Arabs* apud *Albertum*, metallorum materiam aſſerens Calcem & Lixivium) lapidiformis tenera & tractabilis, ad quam halitus illi unctuoſi, ♀rei, pingues in motu appellunt, ei ſe affingunt, minima ejus ſubeunt, particularúmque diſpoſitionem & connubium peculiare inducunt, animamque velut, ſpeciem & formam largiuntur, ut ſic novum concretum ex naturæ directione effingatur, idque pro terræ hujus, fumorum, propriíque ſalis nobilitate (ceu & inde ſulphurum mineralium nobilitas, metallorúmque ignobilium exaltatio emergit) puritate & copiâ, in hypoſtaſi, opacitate, claritate & fluxu, varium & multiplex; Neceſſitas verò hujus terræ peculiaris patet quàm maximè exinde, quòd ejus abſentiâ, fumis diſcurrentibus hoſpitio commodo ſic excluſis, non niſi concreta metallica imperfecta, ut ſunt fluores parietibus cryptarum ſaponis ad inſtar (qualis eſt ille quem mihi Nobilis Anglus Dn. Sloane M.D. Monſpelij dedit) adhærentes, reſultent. Ex quibus omnibus inferre eſt, *Patrem* mineralium

eſſe

Digitized by Google

eſſe aſtrorum ignem in terram aut evibratum aut à creatione à Deo in ea ex parte relictum, motum huc primariò conferentem; *Matrem* autem terram fumigosáſque exhalationes variè ſe aliis particulis terreſtribus adjungentes, quorum omnium mutuo connubio & commixtione, actione & directione Ovum minerale ac rudimentum, partúſque tandem velut reſultat; prout abſurdum haud eſt ſtatuere res inferiores ſuperioribus à Creatore non aliter ac ovum gallinæ fovendum vel fœminam à viro fœcundandam ſuppoſitas eſſe. Atque ſcrutinium horum non ſolùm Generationem & Productionem Mineralium clariùs ſiſtet, ſed & Vegetabilium & Animalium, horúmque triadis *analogiam* ſummam, *gradualémq;* ſaltem *differentiam* ex parte magis dilucidabit, in quibus omnibus duo in tertium conſpirare patebit. In *Mineralibus* hoc modò oſtenſum, notando ſaltem ſemen vel ovum tam perfectè aut perſpicuè in iis haud animadverti ac in duobus prioribus, idque fortè ſingulari Dei diſpoſitione, comunior namque ſic foret tinctura philoſophica ſeu lapis ille multos per errorem & divagationem offendens, eſt nempe is, ut ex Archiſtrategi Romani, de obſidione Viennæ nuperâ redeuntis relatione, ſcriptis & doctrina Patavii mihi factâ narrare poſſum, Aurum in ſupremum gradum exaltatum & digeſtum, inſtar ſeminis quod plantula eſt exaltatiſſima, aurum vero commune eſt velut herba abſque ſemine, & prout hæc maturatione productâ ſemen protrudit, ſic & aurum maturatum optimè ſemen ſeu tincturam largiri poterit, in qua ſe multiplicet, induſtriâ artificis naturam promovente, elixiréque, ut cum Chymicis ejuſmodi loquar, movente totum ad ſuum genus, quâ in re fere idem eſt proceſſus ac naturæ in evolutione germinis in ovo ad pullum efformandum, nec adeo abſurdè Ovum philoſophicum id nominat *Dorneus in Clav. Alchim.* In *Vegetabilibus* ut ut unum ſaltem appareat, ſexûſque diſcrimina nulla ſint, attamen duo ad ſeminum productionem & excluſionem concurrunt, uti enim longè inferiora ſunt animalibus, ita etiam extrinſecus aſtrorum ignem pro parente fœcundante efflagitant ut is ſeminum coagulo implantetur, ſicque incorporatus ſpecificetur, plantáque tandem pro ſpeciei ratione è terra matre prodeat. In *Animalibus* ſi hoc conſideremus, errorem declinabimus illorum qui animalium hodiernorum quorumvis in ovariis primis à Deo immediate creatis exiſtentiam ex Zenonis materiæ in infinitum diviſibilitate (quæ tamen diviſibilitas eſt ſolummodo diviſio in partes quotcunque quis velit, non actualis) haud pridem perſuadere conati ſunt, quaſi partes omnes tam maſculorum quàm fœmellarum jam in ovis continerentur, cùm tamen tum ſolùm ovum ad gignendum animal habile perfectúmque reſultet, quando mas & fœmina in ipſo coitûs actu illud decenter diſponunt, ut ideam hominis perfectam gerat, antea verò minimè, de quo in *Regno Animali.* Analogiam harmoni-



Digitized by Google

moniámque ac participationem trium horum regnorum notamus etiam in hiſce, quòd ex una eadémque cauſa & principio originem ſuam deſumant, materiáque ſimilis in deſtructione & corruptione remaneat: Quo-pacto viſcoſa illa mercurialis ſubſtantia intra terram ad ſuperiora motu intrinſeco vergat, ſuprà dictum, unde fit ut ſi materia illa non occurrat vel ſe inſinuare poſſit matrici convenienti vel copulam convenientem cum aliis particulis inire, immediatè vergat ad terræ ſuperficiem externam, indéque oriantur Vegetabilia, nimirum materia telluris fluidiſſima cum particulis aliis ſenſim per anguſtos terræ meatus exacuata ſubtilia puncta & acumina acquirit, quibus per poros radicum & fibrillarum pertranſire poteſt, unde mediante aquâ & particulis illis viſcoſis ac ramoſis incremento & exaltationi plantarum inſervit; hæc verò Vegetabilia dum animalibus in cibum cedunt, eorum nutrimento & incremento inſerviunt. In deſtructione Vegetabilium & Animalium v.g. per calcinationem elixiviatione remanet terrea quædam materia, quæ vitri paſtam ex arena & ſilicibus fuſam auget, eámq; fluxiliorem reddit, ſimilis omnino terræ ejuſmodi califormi, cui & maximè conformis pollen iſte tenuiſſimus cinerum ad inſtar, levi motu vel aura diſſipabilis & in ſe concidens, in quem corpora noſtra poſt mortem abire cum *Platero* ſæpius obſervavi, ex quâ terreſtri ſubſtantiâ, ut & ex illâ oſſium calcinatorum, ſaléque forti eorum volatili quis poſt mortem in tremuli Narciſſuli ideam, lacteam ſubſtantiam, vitrum ſcilicet omnium vitrorum nobiliſſimum redigi poteſt, ceu de ſe hoc optavit Experientiſſ. *Becherus*, manifeſto documento arctam eſſe Regnorum trium affinitatem & analogiam: ceu & illa apparet in matricibus, in quibus mineralia ut reliqua ad idearum explicationem diſponuntur, prout Foſſoribus abunde conſtat, mineralia in naturali tendentia ad finem inhiberi, dum immatura è matrice extrahuntur, haud ſecus ac ſeminali plantulâ & embryone ante tempus extracto, natura opere ſuo fruſtratur: Verùm differentia hîc eſt quoad uterum animalem & mineralem, quod hîc non adeo bene ſit munitus & tectus ut ille, ſed pervius ſit vaporibus aliis & ſuccis mineralibus, aërique undique acceſſus ſit liber, quo fit ut in uno monte diverſi generis metalla, in uno lapide varia mineralia reperiantur, diverſiſſima namque hincque inexplicabilis ferè eſt vaporum & ſuccorum ejuſmodi conſtitutio & connubium cum aliis, ut quis fodinas minerales continuò inhabitans exactè omnia obſervare vix poſſit, obſervatur tamen vapores illos nunc eſſe 🜍reo-⊖nos, nunc ⊖no-🜍reos, id eſt, nunc benignos nunc malignos, prout 🜍 extraverſum eos mitigat vel ſal oppreſſo magis 🜍re dominium tenet acrimoniáque ſua valde corroſivum exiſtit, præprimis autem attendendum videtur ad fixativum quodpiam ſal, vitriolicæ naturæ, à quo maturitas & perfectio mineralium potiſſimum dependet (ceu ⊖ ⊕latum inſtar fer-

menti

Digitized by Google

menti acidi naturæ, quo generationes rerum naturalium omnium propagantur, ſe habere *Rolfincius* ſentit) reſidere namque in eo videtur ignis mineralium pater quam copioſiſſimè, prout ex Vitriolo ſpiritus elicitur planè igneus inſtar ignis omnes vitioſos humores corporis conſumens, ♀ *Philoſophorum* dictus, ac Metallifoſſores obſervant venas metallorum omnes finire in chalcantum, quo apparente indicatur in foſſione deſiſtendum; unde non immeritò *Rupeſciſſa* dixit: *Vitriolum ſeu ſal eſt primum principium generandi omnia mineralia tanquam principium remotiſſimum.* Hinc ut id quod obſervationibus variorum conſtat, huc inprimis adducamus, certum eſt in Vitrioli deſtillatione caput mortuum aëri aperto expoſitum, de novo ſpiritum ſalinum recuperare, priori deſtillato viribus non ſolùm non inferiorem ſed ſubtiliorem & efficaciorem, ita ut ſpiritus vitrioli regeneratus appelletur, de qua regeneratione quia quam plurima exempla hinc inde apud *Agricolam, Erckerum, Matheſium, Albinum, Borrichium, Webſter, Boyleum,* maximè in hujus Obſerv. de Generat. Metallorum in minera ſua aëri expoſitorum, exſtant, iis hîc proferendis ſuperſedemus, inclinantes in eam ſententiam, *Aëris* catholici illius nectaris vim efficaciam & concurſum materialem in Mineralia æquè eſſe ac reliqua, nimirum eum non ſaltem particulis ſuis agilibus, ſubtilibus, ſummè penetrantibus & obſtacula quævis amoventibus partium homogenarum acceſſum promovere, aptè illas diſponere, ſolvere & combinare, ſed & aliis quas in ſe continet ſecúmque vehit augmentum præſtare, ſimiliter ferè ac pluvioſâ tempeſtate aqueas rebus apponit, imò per eum ſpiritus etiam fluctuare metallicos ⊖nos, vitriolicos volatiles quibus diverſimodè modificatus pro variâ locorum conſtitutione, mineralia varii generis ex variâ earum collectione generantur, maturantur, evolvuntur & perficiuntur. Hæc verò omnia clariora ſiſtent, quæ occaſione *Scholii mei ad Obſervat.* CLXXXIX. *de Lapillis albis caryophyllos aromaticos referentibus in monte Legerio Ditionis Tigurinæ* repertis in *Miſcell. Curioſ. Germ. Ann III. Decad. II.* ad me exaravit inter alia *Excellentiſſ. & Experientiſſ. D. Joh. Jac. Wagnerus, Medicus Tigurinus Clariſſimus,* his verbis: Ephemeridum Curioſorum Tomum ultimum Norinbergâ ad nos perlatum, cupidè quoque perlegi, mirúmque in modum ſententia tua de Vegetatione foſſilium ad palatum fuit, certò perſuaſum mihi habeo ad eorum productionem primùm certum & proprium quoddam ſeminium requiri, quod ſuis certis atque determinatis particulis conſtat, & à Deo in primæva creatione mundi globo terraqueo inſitum & per verbum FIAT, id eſt, Creſcite & multiplicamini, factum eſt: & quidem ſeminium illud in Lapidibus eſſe lapideum ſeu lapideſcens, in ſalibus atque mineralibus ſua quoque certâ materia conſtare: deinde ſeminium illud ſpeciale atque determinatum à calore ſubterraneo agitari, vegetari, id eſt, particulas ejus mediante hoc, ſeſe movere, explicare,



Digitized by Google

multiplicare, mutare, &c. molles atque liquidas reddi, ſive in liquorem aut ſuccum in terreſtri materia, ſolvi: Atque huc inprimis facit obſervatio *Nobiliſſimi Peireskij* apud Gaſſendum in vitâ prædicti Viri Celeberrimi, quam circa lapidum calcariorum productionem in Rhodano, ni fallor, inſtituit: huc etiam maximè inſervit productio variorum Coralliorum &c. Forma denique diverſa foſſilium reſultat ex ipſorum corpuſculorum vario concurſu, diverſâ eorundem figurâ, motúque vario atque quiete, quæ per naturam apta ſunt vel cuneatim ſe jungere, vel gracilibus & rigidis ſuis particulis, vel acutis ſuis angulis aut aciebus plura eorundem penetrare, ita verb. gr. cuivis atomo ejuſdem ſalis ſemper eadem figura competit; ſal videlicet communis abit in cubos quadrangulares, Sal armoniacus in hexagonas, Sal urinæ in pentagonas &c. eodem modo Lapidum & Mineralium particulæ magnam diverſitatem inter ſeſe habent, & juxta materiæ hujus combinationem, concurſum, motum atque quietem, diverſa figura oritur. Neque circa Lapidum procreationem ſpiritus aliquis lapidificus ſeu coagulatorius fingendus, quo mediante partes coaleſcant; quandoquidem partes æquales lævéſque fortius ſibi adhæreſcant, quàm glutine quovis, juxta illud Hippocratis L. de Diætâ: *Concors concordi adhæreſcit*, & Antiquorum illud: ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Quamvis autem cuncta hæc determinare non ita facilè ſit, cùm aliud in aliis ſubinde accedat neceſſe ſit, ſi rerum cauſas ſpecificas edicere velimus, certum interim Naturam hîc non minus certas ſuas habere leges, definitáſque motiones, quas ipſa ſibi impoſitas conſtanter & abſque ordinis mutabilitate ſervat, propter jam commemorata ſua ſemina, quàm ſtirpes atque animalia quod fusè deduci poſſet. Circa hanc rem non contemnendas congeſſerunt Obſervationes *G. Agricola de ſubterran. Lib. V. p. m. 63. Mattheſius in ſua Sarepta: Jonſthonus in Thaumatograph. Claß. IV. Cap. I. & alii.* Sed ſatis jam de his.

## CAPUT IV.

### *De Nutritionis & Augmentationis Mineralium modo.*

QUæ noſtra ſit ſententia de Nutritionis Mineralium modo ex Generationis eorum doctrina à nobis modò propoſita eluceſcet; Sicuti enim exactiùs rem conſiderando patet, Generationem eſſe inchoatam nutritionem, & exinde Nutritionem eſſe continuatam generationem, ita etiam de materia nutritionis conſtabit, eam unam eandémque eſſe, quæ eſt primordii ovi mineralis, videlicet non ſimplicem aquam, quæ, dum mineralia metalláque funduntur facilè evaporaret, ſed humiditatem unctuoſam, viſcoſam, lentam, glutinoſam, ☿rialem, quæ in terræ matricibus pro ratione di-

ne diverſæ diſpoſitionis & acquiſiti cujuſdam congelationis habitûs in conſiſtentiam&ſoliditatem mineralem velpuram vel impuram excoquitur,ceu experimentum curioſum de viſcoſo liquore, qui menſe Martio ad radices certarum arborum in Hungaria reperitur, ſiſtit *Caſſius in Cogit. de Auro Cap. V.* quòd nimium is in vitro hermeticè ſigillato fotus in ſpumam quaſi auream elevatus ſit, atque donec ille per ſe in terram abierit, ſpiritus aureus tum vitri latera pinxerit tum nubeculi forma terræ ſuperincubuerit, quæ terra tandem minerale aureum vegetativum produxerit, quod reverâ creſcere incipiebat, ſolidum erat, ponderoſum & admirabile, nondum tamen ſatis à naturâ firmatum, ſed fugax adhuc in igne, ut anatomia per Vulcanum docuit, metallum. Obſervant hinc Metallurgi in fodinis ſæpius in rimis ſaxorum dirutorum Liquorem ſubalbidum vireſcentem, qui mox concreſcit inſtar ſaponis liquidi, & per alterationem variam vario quoquè colore apparet, & in diverſicoloria concreta denſatur. Quò verò liquore hic apte nutritioni inſervire poſſit, exactéque ut ſuccus craſſior permiſceri poſſit terræ calciformi *ſuperiori capite* nominatæ, neceſſum eſt ut in vapores (ceu & *Ariſtoteles* Metallorum primordia roris & pruinæ exemplo explicat) reſolvatur & per inhalationes ad augmentum mineralium diſponatur, ceu ſæpius in fodinis obſervatur vapores ſulphureos calidos parietibus adhæreſcentes poſt aliquot dies in materiam unctuoſam & ſplendentem abiiſſe: Ex analogia nimirum de Mineralibus nobis ſtatuendum, quod de Plantis & Animalibus eorúmque ovis, quæ diximus eſſe ſaltem ſucci nutritii partes ſubtiliſſimas idealiter tinctas, minutimque conglobatas, unde pariter Mineralium nutritio & augmentatio erit ab eadem materia, quâ ovum eorum primitus conſtabat, materiáque illa talis erit quæ mineralia augere vel cum durabilitate permanere faciat, quæ hinc non alia eſſe poterit quam viſcoſa & lenta, prout & videmus ſingulari quadam providentiâ *Animalibus* & & *Plantis* humores eſſe ingenitos unctuoſos, gelatinoſos, pingues, ut calore naturali citò non exiccentur, quorum hinc gratiâ vivunt & vigent. Pariter namque ex ſententiâ noſtrâ, quâ gradualem ſaltem trium Regnorum differentiam ſtatuimus, *Mineralibus* Vitam quandam analogam, ac inde inſeparabiliter Nutritionem & Augmentationem attribuimus, quam & olim jam agnovit *Aurelius Augurellus* Ariminenſis, Glaurâ ſuâ aliàs celebris

*- - - - - Verùm ipſa ſecreto vivere quivis*
*Sentiet ac vita divino munere fungi,*
*Hac & oriri eadem ſi contemplabitur, & ſi*
*Augeri ex ſeſe penitúsq; increſcere cernet.*

Ex duabus hiſce verò operationibus realiter à ſe haud differentibus prior confirmat poſteriorem, dum aſſimilatione novæ proportionatæ ſubſtantiæ increſcunt Mineralia, reparatúrque quod vel calore ſubterraneo



Digitized by Google

vehementiori, vel effluviis antipathicis, effoſſionéque continuâ detractum eſt. Dum autem Mineralibus Vitam adſcribimus, repetendum quod jam *cap. antec.* innuimus, Mineralia actus ejuſmodi vitales non niſi *occultè*, *ſecretè* & *analogicè* edere, ob ſpiritus à materiæ luriditate, groſſitie, ruſticitate velut impeditos, ſcintillam ſcilicet lucis debiliſſimæ, quo & factum, ut magna Philoſophorum cohors in illam ſententiam inclinârit, Mineralia in primo inſtanti ex quatuor elementorum ſubſtantiâ creata, & ab illo termimino eſſentiam tantummodo habuiſſe, vitam, vegetationem, nutritionem, generationem vel ſemen aut ovum generativum ipſis penitus denegando. Verùm ut in Politia dignitatum ac ſplendorum magis vel minus ad bonam & proficuam harmoniam requiritur, ita etiam ſupremus Polarcha in tribus Regnis ejus typum nobis propoſuit, inæqualiter Lucem primigeniam, in naturalibus certè plus quam ordinariò fit, attendendam, eorum incolis diſtribuendo; In *Animalibus* ſiquidem lucis primigeniæ vigor & ſplendor magis vividè elucet, ceu aliàs in morbis archæus noſter vel obnubilatur ac velut eclipſatur, vel etiam nimiâ luciditate volatili ſe effrenè commonſtrat; In *Vegetabilibus* minor eſt ejuſmodi lucis copia ac reſpectu prioris eſt ſaltem ſecundaria, ceu à quibuſdam, Anglis maximè, *Vegetabilia pro animalibus infimæ claſſis* habentur: In *Mineralibus* verò lux miſerè micat, ac in materiæ viſcoſioris, groſſioris ventre poris arctis velut ligatur & incarceratur, quò minus copioſè ſe expandere poſſit, ſatis tamen, ſi qui hi ſunt obices, removeantur, ſic enim quàm potentiſſimè archæum noſtrum exhibita benéque præparata irradiare valent: Ob prædictam autem reſpectivam lucis debilitatem, ſpiritus viſcoſitatem, pororúmque conſtrictionem & exiguitatem, partiúmque acceſſum & juncturam quam viciniſſimam, oritur corporis mineralis groſſities, gravitas & ſoliditas, ac hinc ſpirituum, corporis reliqui comparatione, minor luxuries, eorum torpedo & inagilitas, generandi & multiplicandi difficultas & inſenſibilitas putativáque ejus ſterilitas, nam partibus ejus heterogeneis tenebroſâ ſpurcitie circumvolutis, ſpiritus velut contaminati in motu ſuo impediuntur, idque ob eorum denſitatem, craſin craſſiorem, minus expolitam, indomitam maximè corporis duritiem, ſolidámque congelationem, fortémque partium corporalium compoſitionem, quæ omnia exiguam debilémque lucis incluſæ vim calefactivam, languidioremq; motum accuſant, unde & fit ut more Vegetabilium evidenter nutriri ac augmentari non percipiantur, dum anima Mineralium ceu ſpiritus groſſiores cum modificatione partium reliquarum craſſiori minúſque exquiſitâ, pro earum eſſe tamen ſufficienti, minus potentes ſunt è terrâ more Vegetabilium caput velut exerere ac progerminare. Aſt & hîc nobis ſapientiſſimi Conditoris directio attendenda, qui ad eſſe mineralium hæc ita diſpoſuit, ut lucis illa debilior portio minerali corpori indita,

Digitized by Google

dita, illud perpetuare videatur velut intendere, ſubjectúmque ejuſmodi rebelle ſuo dominio ac negotio velut ſubjicere, ceu unicam ſcintillam magni incendii cauſam videmus, pariter namque ſcintillæ lucidæ corpora mineralia irradiantes & exornantes movere ac laborare haud ceſſant, donec victrices evadant, integrámque corporis maſſam in ſuam naturam, activam qualitatem & ſplendorem reducant, ceu Auri productio, quo natura maximè inclinat, id patefacit; Hinc licet ſpiritus hi luciditate inſigniti obſcuro carcere velut primitus vinciri videantur cum exiguo motu & excurſibus, nihilominus ſucceſſu temporis, materia rudior velut emollitur, ad quod concurrunt etiam extrinſecus influentiæ lucidæ, materia fluidiſſima, ſubtiliſſima, corpus minerale æquè ac alia pervadens, ſpiritum exuſcitans & ad motum diſponens, imò magnetica virtute velut in corpus hoc copioſiùs traducta, ceu marcaſitæ aëri expoſitæ inſigniter efferveſcere videntur; Hinc & quolibet anno, quâvis horâ, favente maximè cœlo & conſtellationibus, licet inſenſibiliter, ex materia proportionata præſente vel aliunde traducta Nutritio mineralium contingit, creſcit & intenditur ſpirituum mineralium vigor, ac ſecundùm incrementi ejuſdem gradus redditur etiam illud corpus perfectius, fulgidius & fixius. Ex quibus manifeſtum erit, Mineralia non ſolùm occultè vivere ſed & verè nutriri, idque ex requiſitis ad veram nutritionem, quæ fieri debet in omnibus partibus, & hoc ex materia extrinſecus adveniente, ut corpus poſt nutritioně maneat idem quoad partes formales; ceu in mineralibus altiori maximè loco conſtitutis ſufficienter, imò mirabiliter obſervari hęc poſſunt, quamvis haud difficulter largiamur dari quędam quæ mineralium naturam ſapiunt, quæ creſcunt ſimplici extenſione vel additione in partibus exterioribus, idq; confusè, inæqualiter, indeterminatè, & ſine ordine; unde & ſquammoſa, aſpera, ſummè & fragilia, ceu ſunt Calculi renum, veſicæ, Lapides bezoardici, tophacei & qui ſunt arenoſi: contrarium tamen obſervare licet in Metallis maximè perfectis & Lapidibus pretioſis, quorum ortus & augmentum, generatio & nutritio materiam nutritiam æqualem, perfectéque elaboratam & per motum, digeſtam cum ſpiritu lucido agnoſcit, ut in matricibus ſplendentia, v. g. in Lapidibus ramoſa fila metallorum cum intertextis elegantiſſimè excreſcentiis capillaribus, Lapides item politi, pellucidi, ſolidi, characteribus ſtupendis inſigniti appareant. id quod minus obſcurum evadet conſiderando partes determinatas, ſpecificas primum rudimentum conſtituentes neceſſariò ab aliis ſucceſſivè appellentibus debere foveri, non ſolùm in hac aut illa particulâ generativa ſed inſimul reliquis omnibus pro mineralis ratione, in quibus ſpiritus incluſus & calor ſubterraneus homogeneum corpori aſſimilando intimè approximare faciunt, idque in matricibus convenientibus & propriis, ſecundùm priorum particularum ideam, conformationem & contextum,

nam

nam non ubique mineralium quodvis creſcere & nutriri poteſt, ceu non ubique locus diſpoſitus eſt ad alimentum probè digerendum & aſſimilandum, ſpiritúsque metallici non ubivis fiſſuras & rimas in certam cavitatem patentes inveniunt, quò aptè colligi poſſint & decenter in maſſam mineralem conſidere vitaliterque compingi: ad hoc autem tempus debitum, ut in aliis, requiritur, ut Natura fœtum mineralem decenter foveat, digerat, diſponat, ubere ſuo viſcoſo nutriat & debitè tandem excludat, ceu Metallifoſſoribus certum tempus omnino obſervandum, ne ſi intempeſtivè eruant, oleum & operam perdant; In hoc verò Nutritionis opere per digeſtionem neceſſariò reſultat particularum excrementitiarum ſeparatio, prout Mineralium foſſores velut expuitionem talem ſuperfluitatum in terra, maximè circa ſuperficem, obſervant, ubi imperfecta, bruta magis & rudia nimis metalla apparent, quo fit ut & ſæpè integræ urbes ſubvertantur, terræmotus cieantur & montes ſe aperiant, tanta eſt ſpiritus incluſi vis & vigor ex vi elaſtica, haud ſecus ac aliàs obſervamus ſemina plantarum germinantia ciſtæ ligneæ undiquaque incluſa, illam diffringere. Statuimus itaque Mineralia in montibus & terræ cavernis naſci & nutriri inſtar Vegetabilium, idque patulis ramis, radicibus, truncis ac velut floribus & fructibus, eáque in montibus non ſecus ac arbores jacere, id quod ex argenti, metalli aliàs minus fœcundi, fodinâ apud *Agricolam* colligere eſt, quæ fuit pedum xxx. in longitudine, latitudine autem dodrantis, altitudine LX, ex quo infertur ſimilem fuiſſe arbori, cujus altitudo eſt maxima, poſt longitudo ſeu ramorum diductio, craſſitudo minima, quæ pro latitudine in fodinis accipitur: Quare concludimus *Metalla aliaq; mineralia eſſe plantas ſepultas ſub terrâ naſcentes.*

## CAPUT V.

### *De Organis ſeu Partibus Mineralium organis Vegetabilium & Animalium analogis.*

Vitam Mineralibus in ſuo genere, metallicam nempe, modò adſcripſimus, quæ nulla certè eſt ſi deſit requiſitus organorum apparatus, ut enim compoſitum quoddam vivat nutriatur & augeſcat, opus certè eſt tali materiæ diſpoſitione, ut ſpiritus incluſus ritè in motu & expanſione ſua dirigi poſſit. Ejusmodi verò effectus dum analogicè ad plantas & animalia in mineralibus cernamus, in iisque cœleſte illud calidum Hippocratis haud ſecus ac in illis, admittamus, analogicè itidem Organa iis adſcribimus, ad operationes ejuſmodi edendas, quæ hinc ut determinemus, opus eſt.

Partes autem quas in Mineralibus poſſimus obſervare ſunt *Radix*, *Cortex*, *Subſtantia ipſa* & *Vaſa*. I. *Ra-*

Digitized by Google

I. *Radix* Mineralium arborum ex ſuis ſeminibus ortarum ( tota nempe materia initio radix eſt) figitur in Terrâ velut agro, per quam & inde dum materia magis diſponitur & rotationibus ſuis velut revolvitur truncus & rami velut producuntur : quatenus ſcilicet propriâ fermentativâ vi terram obſtantem diſpellunt, ſeménq; ſubtile formâ halitûs illam ejúſq; minutiſſimas rimas, poróſq; lapidum penetrat : tam vaſto autem corpore, ceu Terra eſt Mineralia ut figerentur, opus habuere, quia magna etiam requiritur copia materiæ nutritiæ mineralium, quam v.g. eſt arborum vegetabilium, longius enim & ſpatioſius excreſcunt illæ quàm hæ, velut aliàs belluæ marinæ terreſtria animalia longè magnitudine antecellunt. Ob vaſtitatem autem Telluris notantur in eâ regione tres, quarum *infima* & intima circa centrum continet ſaltem, Carteſii judicio, materiam primi elementi ſe illic non aliâ ratione quam in ſole commoventem : eſtque id quod ſuprà diximus, radios cœleſtes illuc pertingentes reflecti & ex reflexione calorem notabilem producere : *Media* verò tota occupatur à corpore valde opaco & denſo quod poris ſoli materiæ primi elementi tranſitum præbentibus inſtructum eſt : *Tertia* verò nobis vicinior illa eſt quæ circa nos reperitur, magna ſcilicet congeries particularum tertii elementi multùm materiæ cœleſtis (quæ tantum abeſt ut mineralium illic productionem, ut quidem volunt, pernici motu impediat, quin non potius ſummoperè illam juvet, confirmantibus id terræ regionibus calidioribus validioríq; æſtu ſolari infeſtatis) circa ſe habentium, compoſita ſcilicet eſt è particulis varia diſpoſitione, figurâ, ſitu, quiete præditis, ut jam innuimus, & ex variis his particulis materiâ cœleſti diverſimodè motis per meatus protruſis & hinc variis angulis inſignitis, combinantur varia corpora mineralia, pro motu à Deo primitus indito ac etiamnum conſervato; Hæc verò Mineralia ex his particulis variè modificatis & contextis cum intercepta materia cœleſti, quam aſtrorum ignem, particulam lucis primigeniæ vocavimus, ceu patre & matre effecta, pro radice maximam partem vicinam terram ( quæ ab aqua plurimùm vicinâ humidum generativum recipit ) agnoſcunt, maximè ſi jam in proxima ſit potentiâ abeundi itidem ex diſpoſitionibus certis præſentibus in ſimile corpus minerale vi loci fermentali, imbuti partibus ſalſis, unctuoſis, viſcoſis variè digeſtis & diſpoſitis, vel etiam ſi hæc in actum jam ſint traducta, ut minerale verum conſtituant, ſic enim hoc poterit alimentum copioſiſſimè ex inferioribus ſuſceptum ſupra vel juxta poſito minerali communicare, etiamſi etiam ſit diverſi generis, illud enim quod ceu excrementoſum ab alterius archæo expuitur, in alimentum percommodum cedere poteſt alteri, ceu quæ à nobis ejiciuntur excrementa, canes, ſues &c. in alimentum aſſumere videmus, imò etiam vix dubitandum videtur, dari Mineralia quæ ab aliis reſultent & enaſcantur ceu in Plantis fungi, aliáque ex inverſo na-



Digitized by Google

turæ motu, retrogadóque ordine producta: Sicuti etiam ſtatuere haud adeo abſurdum, dari Mineralia maximè è lapidibus pretioſis quæ ſuccum lapidificum nutritium puriſſimum non niſi per alium lapidem minus nobilem prius colatum & digeſtum velut hauriunt, ceu Adamas lapidi craſſiori adhæret & ex illo ſuccum ſuſcipit probè digeſtum & filtratum velut à radice, ut in illo lapide, quem Chymicus quidam excellens hîc poſſidet, qui pluribus velut adamantibus obſitus eſt, conſpicere licet, quo facilè quis inferre poſſet, generationem ejuſmodi lapidum pretioſorum ſimilem ferè eſſe generationi pulli ex ovo ubi nutrimentum unà ſuppeditatur, de quo in *Regn. Animali*. Notamus no terram Mineralibus radicem præbere maximè iis in locis quæ ſunt editiora, velut in montibus, maximè iis ubi nives citò liqueſcunt, nec ros facilè, ob citam reſolutionem per halitus metallicos tanquam è foco ſurſum emiſſos, concreſcit, puſillæ item ſunt arbores, ſolúmque exuſtum velut eſt & ſterile, pallidioribus & tenuioribus foliis & graminibus; addunt meritò & alii, ubi cœruleæ flammæ calidiore potiſſimum cœlo huc & illuc diſcurrunt, propter coruſcationem & halituum pinguiorum & ſulphureorum deflagrationem, quæ ubi præſtò eſt, indubitatum tantum non ſignũ erit præſentiæ mineræ metallicæ, idq; pro halituum naturâ, ſi enim ſint ſubtiliores, metalla ſubtiliora, craſſiores craſſiora & rudiora ſubeſſe indicio erit, de qua re pluribus *Agricola de Re Metall.* item *Albinus, Lohneiſen, Libavius, Kircherus*, quorum hic in *Mundo ſubterran. Lib. X. Cap. VII. pag.* 181. de *Virgulâ* corylina bifida *divinatricé*que aliâ ſibi imaginari nequit, illam à ſubtili halituum metallicorum vi concitari; contrarius hinc *Becchero* qui *Phyſ. ſubterr. Lib. I. Sect* 7. *p.* 651. hanc inclinationem, ſi ſuccedat, non niſi atomis metallicis exhalantibus adſcribi poſſe meritò cenſet, cùm major horum vis ſit, dum metalla adhuc in mineris recumbunt, quam ſi jam fuſionem ſubierint, quæ fortè impedit, quò minus virgulâ ejuſmodi metallis, quibus cum amicitiam habere debet adplicata, quantumvis exactiſſimè & leviſſimè æquilibrata, ejuſmodi inclinationis effectum præſtet. Compertum tamen nobis eſt, ejuſmodi bifurcatâ virgulâ corylinâ fontes aquarum detegi, neque nos latet Moſen & Aaronem coràm Pharaone Rege Ægypti baculo tali varia mira præſtitiſſe, illósque Magos alios inſtrumento conſimili imitatos fuiſſe.

II. *Corticem* poſt Radicem Mineralibus etiam adſcribere haud veremur, illud pro cortice ſumendo, quod manifeſtè diſtingui poteſt à reliqua ſubſtantia, durius velut eſt ac exterius accumbit, cu aliàs Vegetabiliũ cortex corio & cuti comparatur, radixque ventri & ori. Cortex hic quia alio colore appa et & ſecundùm mineralis ductum illi appoſitus eſt, aliâ etiam pororum & particularum configuratione donatur, idque fortè ad exhalationum nutritiarum ſuſceptionem & aëris (cujus vim & efficaciam ad Mineralium

ralium conſtitutionem ſupià deprædicavimus) intromiſſionem filtrationémque aliqualem, ceu cortex in Vegetabilibus, arborum quarum ſubſtantia lignoſa penitus igne conflagravit nihilominus vegetationem illam ac nutritionem præſtat. Cortex hic velut lorica Mineralia in digeſtione ab injuriis & exhalationibus antipathicis defendere poſſit, cujus vicem tamen & præſtare poſſe partes terræ in vicinia duriſſimas ac ſibi mutuò quàm firmiſſimè accumbentes & adhærentes probabile eſt, variat namque terra ſummopere duritie, raritate & denſitate, ceu etiam ignis cœleſtis vel materia primi elementi variè eam commovet ac calefacit, & quamvis duriſſimæ ſint partes illæ terreſtres, nihilominus vi caloris ſummi variè concuti poſſunt poríque nunc magis nunc minus aperiri, unde & facilè ex continua preſſione & gravitate terreſtrium ejuſmodi corpuſculorum, quædam in poros apertos ſuſcipi poſſunt, in iiſque contundi ac per conſequens aliter atque aliter, pro modulo & matricis & particularum iſtarum, configurari: videtur enim quod Natura in opere ſuo media effingendi & expoliendi corpuſcula ad corpus naturale conſtituendum haud negligat, ſed etiam primitus illa decenter figuret antequam illa commodè adaptare poſſit, quo pacto & liquores pingues & unctuoſi in terræ interioris poris & ductibus non in rectum directis & aptatis ſed ramorum inſtar diffuſis formari videntur, quamvis aliàs difficillimum ſit de pororum terræ configuratione conjecturari, videtur tamen præter poros terræ indefinitos dari rectos, item inflexos & undulatim extenſos, ad aquæ marinæ tranſcolationem diſpoſitos, cujus ſal relictum plurimum mineralium productioni tum inſervit, item alios ita excavatos ut unus cum pluribus aliis correſpondeat, item cochlearum more exſculptos & ſtriis certo modo contortis notatos, quos non niſi certæ primi elementi materiæ particulæ & eodem modo contortæ & contextæ tranſire valent, quæ configurationes tamen non obſtant, ut ſeminium minerale repudiamus, illud enim mechanicâ ſuâ texturâ itidem dotatum & à natura exornatum eſt, vel etiam per certam percolationem reſultat.

III. *Subſtantia* ipſa *mineralis* velut truncum ramóſque includit, quæ juvantibus partibus reliquis ſenſim in terræ incunabilis augmentum capit; Varia hæc eſt in variis mineralibus juxta eorum naturam & proprietatẽ prout vel majora vel minora, nobiliora vel ignobiliora ſunt, in illis namque præ his particularum ramoſarum plus reperitur, quamvis & unctuoſitas, à ramoſis viſcosiſque particulis reſultans, de qua ſupià, in illis maximè variet, datur enim in Metallicis unctuoſitas ejuſmodi duplex. una *externa* 🜍rea inflammabilis per accidens ſaltem illis accedens & ad majorem forum & excoctionem contribuens; alia *interna* ſubtilis valde, probè fixata & digeſta, non cremabilis, mercurialis, qua quæ abundant minus igne conſu-

 muntur,

muntur, ut eſt Aurum externâ illâ penitus deſtitutum, & Argentum; ceu contrà ferrum & plumbum quia unctuoſitate illâ externâ abundant, diminuuntur in igne & exterminantur in fumum, 🜍re illorum ſubſtantiæ incluſo per inflammationem deflagrante. De his & aliis hinc eleganter *Geber Rex Arabum, Alchymiſta illuſtris* ita: *Habent corpora imperfecta humiditates ſuperfluas & ſulphureitatem aduſtibilem nigredinem in ipſis generantem ipſáq; corrumpentem: habent etiam terreſtreitatem immundam, fæculentam & combuſtibilem nimis groſſam, ingreſſionem impedientem & fuſionem; Et quia hæc ſuperflua accidentaliter in his ſupervenerunt corporibus, & non radicaliter, & ſpoliatio accidentium poſſibilis eſt, oportet nos cum igne artificiali his prædictis mundatis ſuperflua demere accidentalia, ſolâ ſubſtantiâ ☿ & 🜍ris radicalis permanente.* Unde & inferre eſt, quòd tantò ignobilius & imperfectius metallum ſit, quantò plus poſſidet 🜍ris externi, rudioris, tantò contrà nobilius & perfectius quantò plus globulorum ☿lium radicaliter intimiúsque fixatorum & 🜍ris ſtabilioris, velut ⊙ & ♄ exinde longiſſimè diſtant, quòd illud cum ☿io amalgamari, id eſt, in paſtam mollem redigi poſſit, hoc verò ☿ium non niſi cum artificio admittat & contrà 🜍ri facilimè commiſceatur. In Subſtantia minerali ergò ad ☿ium & 🜍ur, quàm maximè attendendum.

IV. *Venarum* nomine in Regno Minerali varia indigitantur, nunc enim pro terræ canalibus, altitudine, latitudine, longitudine multùm inter ſe differentibus ſumuntur, quo pacto *vena* alia dicitur *profunda* de ſummo terræ corio in imam ejus ſedem deſcendens, quæ rurſus vel lata vel anguſta eſt, vel in hunc vel illum mundi cardinem directa; alia vocatur *dilatata* quæ ſub terra latens in multum ſpatii ſe dilatat, alia eſt *cumulata* quæ nil eſt aliud quam aliquo foſſilium genere cumulatus locus cum interſtitio *Intervenium* dicto, ceu *Agricola de Re Metall. Lib III.* & ex eo per compendium *Kircherus Mund. ſubterran. Lib. X. Cap. VI. p. m.* 198. hæc figuris eleganter illuſtrant. Aliàs etiam pro Vena ſumitur omne id quod in vaſis continetur, quod nobis ipſa eſt ſubſtantia rerum foſſilium quam terræ receptacula ſuo complexu coërcent; Nobis verò pro *Venis* hîc ſumuntur ductus & meatus particulares per ipſam ſubſtantiam, ceu in Animalium & Vegetabilium corpore diſperſi, quibus materia nutritia ſuſcipitur, colatur, præparatur, ut proximè abire valeat in ipſam corporis ſubſtantiam; Tales in Mineralium corporibus admittendas eſſe ratio cum experientia facilè deteget, ut ut quoad ſenſum haud adeo ſint perceptibiles, conſiderando autem in perfectioribus ſuperfluorum ejectionem, exquiſitiſſimam materiæ nutritiæ adaptationem, fotum mineralium in terræ cavernis à calore incluſo, porórúmque ſubtilium hinc apertionem majorem, tranſitúmque in eos conſequenter liberiorem, facilè venas quaſdam reperiemus, imò vaſorum capillarium ad inſtar in Animalibus, etiam Venulas ex commiſſuris ſaxoſæ

materiæ

Digitized by Google

materiæ mineralis exortas, quas & fibras vocant, quæ conceptum humorem ſeu vaporem humoroſum itidem ac in Animalibus (ſecus ac ſentit *Kircherus*) in venas majores diffundunt, quò hinc germinatio quæpiam debitè reſultet, obſervaríque poſſit Arbores minerales certo annorum ſpatio creviſſe & augeri in multò majorem molem, ob cauſam antea dictam, quàm Vegetabiles. Talis autem germinatio conſpicua maximè eſt in Metallis, Lapidibus, ac etiam ſalibus, ceu & jam ſuo ſeculo verè & eleganter hac de re *Seneca Natural. Quæſtion. Lib. III. Cap.* 15. inquiens: *Si quis venarum fibras rectius conſideraverit, is intra ſaxorum commiſſuras, non ſecus ac abſolutiſſimam arboris in varios ramos diviſam intuebitur imaginem*: ſic quod Metalla refert *Gallois dans les Converſations Academiques tirees de l'Academie de Monſieur l'Abbe Bourdelot à Paris Part. I. p.* 139. ſe noſſe Chymicum qui poſſideat ramuſculum auri, quem vegetare fecerit figurâ fruticis: imò alium ſibi notum qui ex projectione liquoris cujuſdam ſuper lapidem vegetare eum fecerit inque ramuſculos aſcendere. Sic & Natura vim vegetabilem exeruit in Argenti maſsâ pondere ℥. xij. in qua vitem ſarmentis ſuis variè intricatum effinxit, ut ex dono Theſaurarii Regis Daniæ poſſedit *Olaus Wormius*: in Technophylacio quoque Dreſdenſi Electoris Saxoniæ crux argentea naturalis reperitur ex minera vegetabilis ad inſtar enata; Vidi ego & meis his contrectavi manibus in Archivo Piſano Magni Ducis Hetruriæ ſummo meo cum oblectamento arbuſculam lapideam mirâ ramorum & ramuſculorum extenſione ad inſtar plantæ dotatam: Germinatio talis conſpicitur & clarè in *Corallo*, lapidum numero inſerto, qui fruticis vel arbuſculi ad inſtar rectiſſimo caudice in altum ſe ſe firmiter erigit, ceu & *Kirchero* à mercatore Arabe relatum eſt, in maris rubri fundo integras Coralliorum ſylvas reperiri, ac ſemen illâ formâ coriandri vel baccæ corni, craſſæ ad inſtar pinguedinis exhibere, quod novam dein fundit coralli propaginem. Sic mirabile eſt ac curioſum ſilentioque hîc minimè prætereundum quod refert *Fr. Rueus de Gemmis Lib. I Cap. I. p. m.* 4. de duobus hæreditariis Adamantibus Dominæ Heverenſis è Luxemburgorum familia oriundæ, qui alios crebrò producant, ut eos quicunque ſtatis temporibus intueantur congenerem ſibi prolem eniti, palam judicent. In ſalibus non tantùm concretio in cryſtallos ſed & maximè germinatio quadam analogicè ſe prodit; ſic enim ⦶ murarium è lapide calcario geminare velut videtur, haud ſecus ac piloſa ſubſtantia è foliis vegetabilium, imò abſurdum adeo haud eſt dicere, *Salem* quempiam *ſerere*, dum aut cumulus terræ è qua ⦶ detractum fuit, ſub tuguriis ſervatur, vel hali ⦶ △â diſſolutum in cumulos terræ ſpargitur, ac haud aliter quam ſato tritico poſt quinquennium copioſior fructus inde habetur; ſic quoq; ⊕lum in prima è pyrite eruptione pilorum inſtar trichites vegetativúmque ſe manifeſtat, initio quidem colore albido, poſt viridi, ex

debita ſcilicet maturatione ad inſtar Vegetabilium: Imò & ſucci bituminoſi ſimiles ferè reſinoſis liquoribus Vegetabilium, arguunt eiuſmodi vegetationem, dum craſſiora plantarum & bituminoſa olea crebris deſtillationibus in reſinas reſolvuntur. Adſtipulatur & hiſce ingenioſiſſimus *Morhoſius de Metallor. Tranſmut.* cujus verba coronidis loco addere lubet: Cœterùm Vegetationem metallorum demonſtrare alicui ac ob oculos ponere poſſunt, ſi quis pertinaciter negaverit, Arbores illæ philoſophicæ ex argento vivo (vide *Regn. Veget. S. VI.*) productæ, & mirabilis illa arboris argenteæ in aquis ex eodem metallo germinatio, quæ à Sanſimonio Bruxellis injecto pulvere, quem homo Leodienſis ignotus illi dederat, peracta eſt, referente *Cl. Borrichio Lib. de ortu & progreſſu Chemiæ p.* 103. Quo colligas ſemen argentificum, aut aliquid ſemini analogum, iſto in pulvere delituiſſe. Calculum inſuper his addit Anonymus quidam ſcriptor apud *Gerhardum Phil. & Med. Tubingenſem, in Quæſt. Phyſ. Chym. p. m.* 93. cujus egregia verba velut in ſummam colligunt hactenus à nobis ſtabilita: *Mineralia ſimpliciter exiſtere nec vivere creduntur, licet metalla ex mineralibus præcipuâ vitâ quodammodo prædita dici poßint, tum quia in ipſorum generatione fit quaſi coitus & duplicis ſeminis maſculini & fœminini, 🜍ru ſcilicet & ☿rii commixtio, quæ duo per longam & multiplicem circulationem rotata, purgata, 🜔le Naturæ condîta ac fermentata, ac in vapore ſubtiliſſimo perfectè mixta, inſimum & mollem maſſam-♎-u🜍riū☿ium paulatim congelante, formantur; moles autem illa tandem concreſcit & in corpus metallicum roboratur. Tum etiam quia metalla perfecta, perfectum vitæ principium in ſe recondunt, Ignem videlicet inſitum cœlitus inſuſum, qui ſub duro metalli cortice hebes factus, motus expers & velut theſaurus incantatus latet, donec ſolutione philoſophicâ & ſubtili artificis ingenio libertatem conſequutus, ſpiritum ſubtilem & cœleſtem animam per vegetationis motum potenter explicet tandémq; in ſummam artis & naturæ perfectionem exaltetur.*

FINIS Sectionis primæ.

DIS

# DISSERTATIONIS ERUENTIS REGNUM MINERALE SECTIO II. De Metallis.

## CAPUT I.

*De Metallorum naturâ in genere, Ortu & Differentiis.*

EX Auri primatu, pulchritudine & nobilitate, quâ coronam jure ſibi in hoc Regno vindicat, & ad quod producendum maximè Natura in opere ſuo collimat; Metallis primum nos delaturos locum *Sect. antec.* diximus. Sunt autem METALLA corpora foſſilia dura, liquabilia & ductilia. Ignis namque pernicîſſimo motu funduntur, malleorúmque ictibus in incudem longum & latum producuntur; quo utroque modo quia magis dura redduntur, quare *dura* adeo corpora ſint patebit, ſic namque ſuperficies corpuſculorum planæ & ſibi invicem immediatè ſuperpoſitæ, (unde aliàs aëri ſubtili incluſo magna infertur violentia & compreſſio duritiésq; hinc reſultat) propiùs invicem accedunt, & particulæ lubricæ interpoſitæ expelluntur, quod fit *malleatione*, ſicut *fuſione* particulæ tales exeunt & ſuperficiebus magis planis & frequentioribus applicantur, haud ſecus ac *triturâ* emolliuntur & vim elaſticam amittunt, ex particularum ſcilicet lubricarum ingreſſu, quæ acceſſum ſuperficierum impediunt, ac ſpongioſo tum velut in corpore novis particulis lubricis locum concedunt; prout aliàs Lignum ſiccum minis tenſile videmus, ac ferrum ignitum virtute elaſtica deſtitutum ob commixtionem nimirum talium partium fluidarum per ignem introductarum & ex motu earum inibi exiſtente, quo quia etiam particulæ ſuperficiales metallicæ ramoſæ & viſcoſæ rarefactione quadam in ſitu & poſitura nonnihil immutantur, metallum quaſi inflatum deprehenditur, abſque tamen ponderis augmento, ceu talem Metalli Tumorem in corpore Conoide expertus eſt Clariſſ. *Joh. Dan. Major* in *Genio Errante* depicto, illud enim ignitum frigidum

dum eodem loco, ut prius, dum ignitum minimè eſſet, haud admiſit, ſed ſpatio aliquo interceptum reliquit, manifeſto indicio Metalla quamvis ob ſulphuream velut pinguedinem (ceu de Alchymiſtarum *Oleis* & *Unguentis* prolixè *Theatrum Chymicum*) & viſcoſitatem in liquatione reſolvi haud poſſint, tamen violentiſſimi ignis actione nonnihil rarefieri, prout de Chalybe hoc in *ſequentibus* etiam conſtabit. Ex dictis verò *Metallorum* ortus & *Productio* ut & *differentia à reliquis mineralibus*, clarior adhuc, præter ea quæ ſupra attulimus, ſe ſiſtet. Ad *Ortum* ſcilicet Metallicorum & Mineralium corporum diverſæ particulæ concurrunt, præcipuè tamen viſcoſæ ramoſæ, cum interſperſis ſubtiliſſimis acidis, plurimùm vitriolaceis, quæ ſimul cum terreſtribus junctæ corpus unum conſtituunt, quod prout magis participiat de particulis ramoſis, viſcoſis, eo major vel minor erit ejus differentia, maximè verò pro particularum harum ramoſarum & viſcoſarum digeſtione & excoctione, connexione, ſitu, poſiturâ, quâ ſibi ſuperficiebus variis incumbunt & agglutinantur, Metallum & Minerale nunc magis nunc minus perfectum inde reſultabit: variè namq; naturæ ejuſmodi gluten viſcoſum humidum, quo metalla in ejuſmodi formas abierunt, diſtributum eſt ac pro diverſitate corporum jam aliis vel minimè adhæret vel ſub minima parte miſcetur, aliis verò mediocriter & per partes eis commixtum conjungitur: Hinc Metalla diſtinguuntur à *Lapidibus*, quod quamvis hi in vitra minimè abire poſſint, non tamen ſint fuſiles ſed in calcem ſolùm igne redigi apti; à *mediis* verò *mineralibus*, quod ob aliqualem humidi unctuoſi viſcidi præſentiam fundi quidem, ſed minimè, ob terreſtrium partium copiam, malleo duci poſſint: à *Terris* verò quomodo Metalla diſtinguantur, ultrò patebit, ceu in quibus viſcoſitas prædicta pauciſſima vel nulla reperitur. Analoga nonnihil huic materiæ viſcoſæ ſunt Oleum & Cera, quæ calefacta fluunt quidem, non tamen ob pinguedinem & viſcoſitatem, ramoſarum ſcilicet partium mutuum amplexum evapore permittuntur, unde non ſine cauſa Nobilis Bohæmus Hanoviæ ad Aurum Chymicum ex pauculis adhuc tincturæ auriferæ granulis conficiendum Ceram & ♄ expetiit, ceu circumſtantiæ hujus rei notantur in *Miſcellan. Curioſ. Decad. I. Ann. I. Obſerv. XVI. §. 15.* neque enim abſurda adeo, quamvis difficillima, transmutatio metalli imperfecti in perfectius, ut illa pro non ente ſit habenda, conveniunt nempe Metalla in radice & origine ovóque primordiali, diſtincta ſaltem maturatione & variâ proportione partium aliarum accedentium, unde & participant inter ſe Metalla, præprimis ignobiliora de nobilioribus prout in plumbariis mineris argentum diſperſum eſt, ceu videre eſt in illa minera ♄ Rhætica circa Schambs in Enderen, quam mihi communicavit Clariſſ. & Experientiſſ. *D. D. Carol. Joſeph. Müllerus Phyſicus Tugienſis* meritiſſimus: Nec pigebit hîc adducere quæ in ſuis *d. 6. May*

*Alten-*

Digitized by Google

*Altenburgo* ad nos exaravit Celeberr. & Excellentiſſ. *Clauderus*: *Quæ de metallorum tranſmutatione ambigis, amplius diduxi contra Athanaſium Kircherum in Tract. meo de Tinct. univerſali* (quo & Lectorem relego) *unicum adduco: ſi malus pyrúsq; ſylveſtris induit naturam ſurculi inſititii, qui melioris eſt indolis, cur non propter analogiam in Regno Minerali idem ſperandum? præprimis cùm arbores in alias ſpecies ita degenerent, v. g. Cydonia in malum, pyrum &c.* Sic & *Baſilius Valentinus* Ord. S. Benedicti decus inſigne, ænigmaticè innuit, Argentum ſi figatur perfectius abire in aurum, mutuata poſtea tincturâ à Cupro de ente Auri participante. Ubi namque partes ramoſæ in metallis magis exuperant, quàm viſcoſæ, illa metalla etiam præſtantiora erunt, nobiliores namque ſunt illæ præ hiſce, quia particulas magis digeſtas & à ſpiritu aſtrali fotas hincque ſubtiliores, minùs groſſas & terreſtres obtinent. Hinc quia Aurum particulis ejuſmodi ramoſis ſummopere abundat & ob fixitatem omnium nobiliſſimum eſt, ac tantùm non quartum Regnum quibusdam hinc conſtituit, ſolque quem repræſentat à Modernis quamplurimis pro ſtella fixa potiùs quàm planetâ habetur, in circulo metallico (qualem etiam circulum Deitatis vel Divinitatis Trinitatem in unitate ſitam repræſentat *Kellæus Anglus de Lapid. Philoſ. p. m.* 101.) illud è circumferentia in Centrum potiùs (ceu ☉ centralem locum denotat) ablegandum videtur, ut ad quod reliqua quævis è peripheria collimant; Unde & *Diviſio Metallorũ*, in *matura*, nobiliora & probè fixata, ut eſt *Aurum* & *Argenum*, quorum hoc quia præ illo minus habituatum *Corpus fœmininum perfectum* nuncupatur, ſicut illud *Corpus maſculinum perfectum*: & in *immatura*, ignobiliora & minus fixata, quæ ſunt vel *mollia* vel *dura*: *Mollia* dicuntur quæ facilè liquantur & in igne funduntur ob abundantiam materiæ mercurialis, qualia ſunt *Stannum* & *Plumbum*. *Dura* verò ſunt quæ facilè igniuntur ob ſulphuris vitriolati copiam, difficulter verò funduntur, ut *Cuprum* & *Ferrum*. Ignitio verò illorum ſaltem imperfecta eſt ob fixitatem principiorum terream, nihilominus fugacem, quo fit ut examen perfectorum haud ſuſtineant ſed fugiat utrumque in cineribus cœmentóque regali, experientiâ Docimaſtarum & Excoctorum. Sulphur autem eorum vitriolatum dixi, ob æruginem quam monſtrant, dum in 🜅. ſolvuntur aut ſpiritibus acidis exponuntur. Sic ergo *Verorum Metallorum*, quibus definitio metalli competat, numerabimus ſex, ☉, ☽, ♄, ♃, ♂, ♀, præter quæ dantur & metallis affinia, *Spuria* dicta, quòd iis definitio metalli ejúsque requiſita quædam deficiant, ut eſt ☿ ſeu *Argentum vivum*, quod nec ductile eſt, (quamvis ductile id fieri poſſit, dum *Theodorus Kerckringius Morhoſio* confeſſus eſt ſe ex ☿io, ☉ & ☽tum verum ſolo regimine ignis, additione exigui pulviſculi ♁lis feciſſe) nec fluit in igne ſed in halitum reſolvitur, item ♁*ium*, *Cinnabaris*, *Biſmuthum*, *Arſenicum* &c. de quibus omnibus in ſeq. ſpecialitur.

# CAPUT II.

## *De Auro.*

AURUM, metallorum Rex, mineralium ſol coruſcus, particul conſtat ramoſis plurimis, optimè digeſtis & concoctis, quarur ratione fixiſſimum eſt & inſtar catenati corporis annulorum i motum quidem cieri, diſcerpi tamen & divelli haud poteſt unde perſuaſum ſibi habet Clariſſ. *Caßius*, Aurum è ſulphure & ☿ in ſubtil quadam & purà 🜄 virgineâ, æquali proportione & indiſſolubili fœder coagulatis atque invicem excoctis conſtare, ita quidem ut terra illâ 🜍 re detineat ☿um ne evaporet, ☿ius cum viſcoſitate terræ conglutinet 🜍 ne incineretur, 🜄 verò utraque amicabili fœdere nectat & permanentia reddat ſicque in auro unum foveatur ab altero & alterius vinculum exiſtat, ut nullo eorum vacillante auri textura corruere non poſſit & tam in igne quàm in ſale & 🜍ribus ♂ii & ♄ni fortiſſimis inviolatum conſervetur. Ob talem principiorum arctam combinationem pori Auri ſunt pauci, qui tamen adſunt (nullum enim corpus eſt, quod poris careat ceu & de Corporibus ſolidis commonſtravit Illuſtris *Boyleus Tr. pecul.*) grandiores ſunt illis quos argentum v. g. habet; quia verò illi pori in Auro ita configurati & ſituati ſunt, ut facilè ex uno in alterum detur aditus, quamvis particulæ valde ſibi invicem incumbant, hincq; in ſubtiliſſimas lamellas fuſiſſimè ☉ (Auguſtanus enim quidam ex Ducato 620. bracteas obtinuit, & Caſellis in Principis Mauritii Theſauro rerum naturalium ex ʒ. j. cujus ponderis alias eſt Ducatus, equus fabricatus viſitur omnibus lineamentis vivum æmulans) deduci poſſit, patet quare Aurum, ſecus ac ferrum & chalybs, virtute elaſticâ deſtituatur, ob communicationem ſc. illam pororum ex irregulari ſitu particularum, quâ fit ut aër minori cum reſiſtentia & elaſi comprimatur & in compreſſione conſervari poſſit. Ob magnitudinem quoque pororum, in quos aditus particulis aliis admixtis conceditur, Aurum ut ut ponderoſiſſimum ſit metallum, ponderoſius tamen reddi poterit, v. g. Nummus Aureus ſi ſalſuginoſis, ſpiritibus inſtructis, ut eſt urina equina vel canina, quæ ſpirituoſiſſima & ad ♌us )( ci naturam quam maximè accedit, immergatur, nimirum ⊖ )( cum & ex eo cum 🜕tro parata Aqua Regia poros in ☉ repetit proportionatos, figuráſque & texturas congeneres, quibus fit ut & ☉ in partes ſubtiliſſimas diſcerpant, & è fundo vaſis in altum eas elevare, velutque ſuſpendere poſſint. Eſt autem Aurum duplex, *nativum & coctum*, *Nativum* ἄπυρον (gediegen Gold) *obryzum* etiam dictum ſtatim ſuum eſt & è 🜄a aut effoditur, aut lavatur ex fluminibus aut in Animalibus etiam juxta nonnullos reperitur: quod è terra effoditur aut ſincerum & ſolidum eſt ut

maſſa

maſſa illa aurea à me viſa in Archivo Piſano, aut ſcintillis lucentibus eſt tinctum, quale eſt quod *Lapidi Lazuli* adhæret & ſaxi quodam generi candidiſſimo Quarß dicto, cujus copia eſt Cottenheydæ: è fluminibus quod habetur, formam granorum & maſſularum habet, quandoque piſi magnitudine, præſertim poſt magnas inundationes, vel etiam ex lapillis nigris excoquitur, in quibus ſcintillarum aut bractearum inſtar micat, ſic namque Rhenus aurei ſabuli eſt ferax ac Araris & Emma in Helvetiâ præſtantiſſimum præbent Aurum Hungarico & Arabico, colore & tenacitate, minimè cedens. In Animalibus v. g. Piſcibus, Truttis nimirum, Forellis quoque aurum reperiri quidam volunt, ſicut peritonæum piſcium plurium velut argentum apparet. *Coctum* Aurum aut è pyrite coloris *cineracei* & galenæ vel *punicei* (ſicut è lapide ejuſmodi ſinum ⊙ elicuit in *Rhætia* Præſtantiſſ. Vir Dominus *Schorno*, quorum tamen pauci reperiebantur) aut è proprio ſaxo aut ab argento ſeparatur, quòd ἄπυρον vocant aut è terra quadam *purpureâ*, vapore & halitu unctuoſo fixo ita impregnata, ut ſit fœcunda auri, ceu & *Experientiſſ. Beccherus Phyſ. ſubterr. Lib. I. Sect. III. Cap. 3. p. m. 161.* refert de Terrâ quadam peculiari Hungarica, quæ ſublimata totaliter ☽tum colore rubicundiſſimo tinxit, argento malleitatem & malleabilitatem ſuam retinente.

Quamvis autem Medico hodierno ſatius ſit è Medicamentis aurum, quàm ex Auro medicamenta parare, ut inſignis *Chymiater Saxo-Gothanus Daniel Ludovicus* in aurea ſua Pharmacia loquitur, *Remedia ex Auro*, quæ re & nomine Regnum Minerale decorare poſſunt, uſitatiora & ſelectiora notamus ſequentia.

I. Aurum Pulverisatum ſeu crudum ſubtiliſſimè limatum magna præſtare in morbis deploratis experientia docuit, dum ſulphure ſuo blando à ventriculi ſemialkaheſtino velut liquore nonnihil elicito, ſpiritus animales, ſolis ad inſtar, ſuaviter irradiat, fovet & afficit acriáque ſalia nimis exaltata illud adoriuntur, atque illi ſe combinando activitatem & ferociam ſuam, multùm mitigata, deponere coguntur. ſicut enim aqua regia ſaltem ∿u ♓ti vel ⊖le communi acuata illud ſolvere poſſunt, ſic credibile eſt humores noſtros, ſpiritúsque, qui aliàs cum ſpiritu ſalis armoniaci affinitatem quandam colunt, certo modo depravatos, exaltatos magis, ſpecificè corroſivos auro exhibito adhærere & dum poris ejus, in quibus motus eorum nimius & perverſus ſiſti poteſt, ſe inſinuant, fibrillas corporis, quas crudeliter adorti ſunt, derelinquere, ſicque Corpori halcyonia & tranquillitatem conciliare. Hinc quamvis reliqua ingredientia *Pulveris* Medici illius Cæſarei *Antonii de Pozis* per ſe multa præſtare poſſint, ceu & efficaciam illius expertum ſe ſcribit *Excell. Frid. Hoffmannus*, minimè tamen ei fruſtrà admiſcetur *Scobs Auri ſubtiliſſ.* Hinc illum in *febribus malignis* & *affectione*

D 2 *hypochon-*

Digitized by Google

*hypochondriacâ* primariò extollimus. Ejus deſcriptio hæc eſt: ℞. *Auri ſubtiliſs. pulveriſ.* ʒ. v. *Unicornu ver. marin. ſeu foſſil.* ʒ. ij. *Raſ. eboris* ℥. j. *Pulv. epilept. Marchion. correct. cum cinnab.* ♁*nii* ℥. j. *MS. f. Pulv. Doſ.* ℈. j. vel ʒ. ß. In *affectione hypochondriacâ & melancholiâ* optimè juvant *globuli ex Auro formati*, ſi deglutiantur, acidum enim vitioſum eos corrodit ſeque enervat, ceu obſervatum eſt eos minori pondere cum ſenſibili ægrotum levamine redditos fuiſſe per inferiora.

II. AURUM FOLIATUM ſuam exhibere poteſt medicinam, dum noxiæ particulæ, quæ in aliis metallis copioſè reperiuntur, ab eo abſunt; commendamus id in medicamentis quæ contra ☿ium in corpore oberrantem præſcribuntur, ceu qui magneticè velut auro ſe inſinuat, maximè ſi hoc intimius corpus ſubit, velut in Gallinis auri foliis ſaginatis hoc quidã ſe obſervaſſe referunt, dum in pectore earum poſt mactationem tres aureæ lineæ comparuerunt, haud ſecus ac in alia argenti foliis enutrita, inſperſis iiſdem ſaginæ, ovarium quaſi inargentatum apparuit, caróque argenti inſtar candida.

III. AURUM FULMINANS pro Auro diaphoretico, de quo poſtea, conficiendo ita præparandum fecimus, nimirum Ducatus limatus optimè in ▽R. ſolutus erat, præcipitatúsque alcali tum fixo, oleo ♀ri tum △li -ʌ-*u* nim. ⊖ ♓*ci*, quo magna ebullitio concitata ex conflictu ſalium, diffracta & eorum ſpicula aurum ſibi infixum velut habentia, affusâque copioſè aquâ font. per filtrationem tandem & edulcorationem ☉ *fulminans* prodiit. Hoc verò quia in pondere augetur, (Ducatus enim qui ʒ. j. pondere æquat, ℈ iv. ☉ fulminantis exhibet) indicium eſt ſpicula illa ſalina corpori Auri adhuc dum fortiter & intimè adhærere, ignéque proin ſuſcitata cum violentia & fragore ab auri partibus diſcedere, unde dum cochleari nonnihil ☉ fulminantis inderemus magno cum ſonitu foramen fundo cochlearis impreſſum manſit, nummo obtegente in altum ſublato: primas hîc tenet -ʌ- ⦶tri cujus magna eſt violentia, ceu aliàs fervidiſſimâ aëris conſtitutione particulæ nitroſæ in media aëris regione copioſè collectæ ſi per contrarias ſulphuris, quod tum dominatur, & in aquâ pluviali tandem ſe commonſtrat, particulas deprimantur caloréque accendantur, Tonitru ejúsque fragor excitatur. Ob ſalia verò ejuſmodi adhærentia obſervavi illud haud mediocriter laxare, ceu Viro cuidam Ampliſſimo illud exhibitum antequam Aurum diaphoreticum ad hecticam qua ex ulcere metatarſi laborabat. præparatum eſſet, diarrhæam, quæ adſtringentibus & roborantibus mox ſiſtenda erat, movit, adeo ut minimè abſim *Dan. Ludovico* aſſerenti, illud in ardentibus ad diarrhæam inclinantibus alvum præter intentionem ac ſæpè funeſtè moviſſe. Laudatur aliàs in *Tympanitide & Colicâ*, auditque *Diaphoreticum*, ſed ut ex dictis notandum, oportet ut

ſalia

ſalis auro connexa rite abluantur, in poteſtate enim Chymici eſt, remedium nunc magis laxans nunc magis diaphoreticum, nunc ſaltem diureticum adornare, ceu in ☿rialibus & ♁tis in ſeq. conſtabit: Ubi diſpoſitio totalis maſſæ ſanguineæ & gangrana univerſalis corporis à ſalium corroſivorum liquefacientium ferociâ metuitur, haud ſpernendum erit connubium radicale ☉ *fulminantis* cum *Sacchar. ♄ni cum* VSr *coagulat. & cinnabari ♁ii rectif.* per philoſophicam putrefactionem, quale hinc medicamentum in morbis deſperatiſſimis ultimum remedium vocat *Hoffmannus*, v.g. in *febribus ardentibus malignis Doſ.* à gr. iij ad viij.

IV. AURUM DIAPHORETICUM ex prædicto Auro fulminante ceu magiſterio auri facto cum 🜆 à ſecundum *Poterium Pharmacop. Spargyr. Lib. III. p. m. 599.* optimè fit cum duplici portione *florum 🜍ris*, quo pacto cicuratur ſuámque amittit volatilitatem & in pulverem rubicundum vertitur, *Spiritu vini rectif.* per 15 dies ampliùs digerendum Uſum ejus egregium expertum ſe in *Obſervationibus* hinc inde refert *cit. Poterius*, maximè in *Hectica*, ut & *Paralyſi*, ceu illud *extr. hellebor nigr. & colocynthid.* in Paralyſi à 15. annis inveterata exhibuit mirabilicum effectu *Obſerv. Cap. LXXIII.*

V. AURUM POTABILE, multis non putabile aliquod, Chymicis maximè *Corn. Drebelio Tr. de Quint. Eſſent. Cap. V. p. m. 58. è calce auri* paratur, affundendo *Spiritum vini rectificatiſſ.* ad ſupereminentiam 2. digitorum veltrium, ſic namque tingetur aureo colore fiétque ☉ potabile ſeu TRa ☉is: *Celeberr. D. Michaëlis* loco *Spiritus vini rectif.* ſumpſit illum qui ex *ſaccharo* ♄ præparatur aut reſuſcitatur, talique TRâ ad *gr.* iv. exhibitâ curavit puerum quendam epilepticum, de quo omnes ferè deſperarunt. Alii ad 🜍 ☉ri eò meliùs extrahendum Spiritum vini acuunt ⊖*le* ▣*æ* vel C.C. quo ſic ☉ minimè acido ſaturatur, quin potius ad acidum rudius edomandum magis confortatur; verùm tinctura illa ex interno ☉ 🜍re minimè eſt, ſed ſolutio ſaltem tincta ex particulis ſalinis cum partibus auri tenaciter adhærentibus ob certámque illarum texturam reſultans, quare ad radicalem extractionem *Chymici* nobiliores proprium Philoſophorum diſſolvens expetunt, quæ ſit aqua dulcis, clara, pura & minimè corroſiva, à radiis ☉is & ☽æ petita, in qua aurum reducatur in aquam claram gravem & fundatur æquè ac glacies in aquâ calida; Et tum demum aurum in priorem ſtatum, id eſt, corpus reduci non poſſe dicitur, niſi hæc aquâ in terram convertatur & hæc terra fiat fuſilis, fixa, tincturam præbens & elevare apta quæ ſunt inferiora, ex pauperibus divites faciens, ibique perfectum reddere, quod illud actu non erat, quanquam tale ſit potentiâ, de quo Alchymici conſulantur. Excell. *Langellotus* ut & celebris *Burrhus* triturâ peculiari in mola philoſophica vaſe ſcil. vitreo vel etiam, ut poſterior apud Regem Daniæ Frideric. fecit, aureo calcem auri pararunt, dum taliter ſolvens catho-

licum ſal aëris ⊕ſum allicuerunt. quæ ſolutio ob acidum △le mitius, ſatis benigna eſt, quæque hinc nobiliores operationes, dum ſpiritui noſtro conveniens & amica eſt, quàm alia rudior & crudior, præſtare valet. Vid. & *Tackium in Myſter. reſurr. rer. p. m. 63. Thomſonum Anglum in Chymiatror. acu magnet. p. m. 22. Alb. Oth. Fabrum de ☉ potab. ad Carol. II. Angl. Regem.* &c.

VI. Diaphoreticum ☉re fit ex *reguli ♂tis ſtellati* ℥. iij. ß. ☉ *puriſſ.* ℥. ß. fuſis ac effuſis in regulum, qui pulveriſatur & cum *triplo* ⊕tri miſcetur, poſt in Xbulo calcinantur, detonantur & in ▽â extinguuntur, pôſt evaporando exiçcantur ac rurſus in Xbulo liquefiunt & poſt calcinationem iterum extinguuntur, moréque ſolito dulcorantur & ſiccantur. *Uſu* egregius ad ⊖lia heterogenea Maſſ. ſang. edomanda.

## CAPUT III.

### *De Argento.*

ARGENTUM, cerebri ad inſtar candore ſuo nitidum, ſincerum & ſplendens, minus quam ☉ (*perfectum minus* hinc quibuſdam dictum) ramoſis conſtat particulis, plurimis verò viſcoſis rudioribus cum ♎tu ⊖no valde amaro colligatis, adeo ut reſpectu ☉rearum particularum minus ſint digeſtæ, exactè commiſtæ & excoctæ, haud ſecus ac cum fructibus immaturis ſe habet, qui ob pericarpii carnem, multo ⊕lo, ut *Malpighius in Anat. Plant.* docet, ſcatentem auſteri & acidi perſentiuntur, colorîſque ſunt vel viridis vel pallidi, temporis verò tractu ex novâ modificatione particulis à ſole inducta, maturatione dulceſcunt, colorîſque fiunt vel rubri vel flavi; pariter particulæ ☽ti ☿riales viſcoſæ, ♀ureo-ſalinæ ſufficenter haud digeſtæ & maturatæ, fructûs ſunt inſtar immaturi: Hinc namque eſt quod ☽tum (reſpectivè) ☉ro minus ſit fixum & ponderoſum, imperfectius, ſonorum, minimè durans omnino in cæmento regali: quamvis argentum argento abſolutius inveniatur, ut optimum quod eſt in ♄monio nil deperdat ſed aurum reputari poſſet, ſi adeſſet tinctura: quare & Argentum quaſi *filia* vocatur *naturæ proponentis aurum coëunte argento vivo & ſulpure albo non urente*, eſtque velut lux in tenebris in ſuis fodinis, multò tamen nitidius ſplendens, ſi igne repurgetur, ſec. Pſaltem Pſal. XI. *Eloquia Domini, eloquia munda, ☽tum igne repurgatum*: Mirandum verò ☽tum non ſaltem in ♎u ⊕ ſolutum cum additione ☿rii in arbuſculam artificialiter formari, ſed & in mineris naturaliter præ ſe ferre ſpeciem arboris, herbarum, item integrum piſcem, ſerpentem, ſcorpionem ex puro tali ☽to in viſceribus terræ ita eſſe formatum, ceu miros ejusmodi luſus naturæ vidiſſe ſe teſtantur primarii metallorum ſcrutatores *Agricola* & *Encelius*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. I. Cap. I.* quæ hinc & ad confirmationem ſupra allatorum facient. Verùm præter ejuſmodi modò dictum ☽tum, quod ſtatim eſt ſuum, (Germanicè Gediegenſilber) ſine opificio fornacum factum, quodque Piſis in Archivo Magni Ducis Hetruriæ capillorum formam præ ſe ferre è minerâ vidi, dantur *aliæ* ☽*ti ſpecies*, nimirum aut excoquitur ex metallis, ut ex pyrite, *plumbagine* (Germanicè Geſchmeltzt Silber auß dem Kyß und Glantz) aut rude eſt, (Germ. Silberertz) cujus etſi plures fortè dentur ſpecies, ſi probè attendatur, *ſex* tamen notantur ratione *coloris* ex varietate vaporum & commixtione cum aliis *differentiæ*, dum *coloris* nunc eſt *rubei* (roht gulden Ertz) nunc *plumbei* (Glaſertz) nunc *nigri* (Schwartz Silber) jam *purpurei* (Braunertz) jam *cinericei* (Grauertz) jam *ruffi*: ex quibus *rubeum* variis modis in fodinis reperitur, naturâque præcipuè in eo mirabili opificio Geometriam exercuit, dum præterquam quòd ſolidæ ipſius maſſæ ad ſaxa ſimpliciter interdum adhæreſcunt, ſæpius etiam pro alterâ ſui parte quæ prominet in mucronem quaſi pyramidalem, materiam aliam quam vena continet, complectitur, idque in forma quadrata in modum teſſeræ, interdum in forma ſexangulari ut Adamas, frequentiſſimè verò conſtat pluribus & inæqualibus angulis, ut Iris, rubeo colore, aliquando etiam cœruleo conſperſum. Quod *plumbei* eſt coloris probè eſt diſtinguendum à *Galenâ*, cujus colorem refert, quæque friabilis eſt & cultro vulnerata diſſilit, hoc verò minimè ſed dentibus compreſſum dilatatur. Quòd verò id quod *cineracei* eſt coloris ☽ti perſæpe dives ſit, obſervare datum in minera ſupra dictâ Rhætica, è qua ☽tum cineraceum ſubdurum eſt ut poſſit cultro ſecari, ceu & ſe duos tenere lapillos ☽ti hujus cinerei, è quibus granulorum minimorum ad inſtar ☽tum emicat, quique igni admoti ☽tum deſudare videntur, *Lunæ Vegetabilis* nomine hinc quoque inſigniti, refert *Olaus Wormius Muſæi p. m.* 118.

Ex PRÆPARATIS ☽ti quæ in uſum Medicum cedere poſſunt, ſint

I. CRYSTALLI ☽æ ſeu *Catharcticum argenteum* ex ☽ *cupellat.* in ∽*tu* ⦶*tri* ſoluta (quæ ſolutio fellis inſtar eſt amariſſima) & per evaporationem tertiæ partis concreſcentes, qui *cryſtalli* exiccandi & de novo in aqua pluvia ſolvendi & filtrandi, addendo tantùm ⊖*lis prunellæ* quantùm ponderavit ☽a, ad corroſivum ⦶li ☽æ maximam partem obtundendum, ſicque per novam evaporationem obtinetur ⦶*lum* ☽*æ purgans*, Anglis præ aliis in *hydrope aſcite* commendatum; *Doſis gr.* iv. ad viij. in *rob. Sambuc.* vel *liquore convenienti* & vehementer aquas educit, unde ad corroboranda viſcera *Eſſent. baccar. juniperi* cum *proprio* ∽*u* extracta, vel *Tragea viſceralis* pòſt exhibenda. *Daniel Ludovicus Magiſterium* ☽ longè acceptius, ſubtilius parari docet ſi ☽*in* ▽F *ſoluta cum muriâ præcipitetur*, quod vel *per ſe* vel *cum* ♁*libus Bezoard. miner.* (quo pacto commixtum non opus *Bezoardico* ☽*ri*) dari poſſit:

Digitized by Google

poſſit: Pro correctione verò decenti opus eſt *edulcoratione*, ut ſalia nimirum ☽æ ſic velut agglutinata eluantur, minúsque ſi aſſumatur, ferocire poſſint, exinde enim & eſt quòd

II LAPIS INFERNALIS ex ☽ *in* ∿*æ* 🜕*tri ſoluta*, cauſticum evadat, concentratur enim in ☽*á* ∿*us* 🜕*tri*, ut hinc pro fonticulis excitandis, carne gangrænosâ abſumendâ &c. is ritè adhibitus, utiliſſimè adhibeatur. Ejus autem præparatio, quoad circumſtantias hæc eſt: ℞. ☽ti opt. ℥ij. 🜅 opt. ℥. iiij. Probè ſoluto ☽to maſſa integra in ∴ collocetur, abſtrahatúrque dimid. ferè 🜅 pars: reliquam maſſam verò per vices in Xbulo capaci (capaci, ne materia igne exaltata extra Xbulum effundatur, hincque in auras abeat) liquefac, & quando ebullit nimis, ac è crucibulo egredi minatur, ferreo eſt deprimenda inſtrumento, pòſt ſi fluida ſatis videbitur, erit effundenda in canalem quendam ferreum (quali Aurifabri utuntur in liquationibus ☉ri & ☽) ſed minorem; Poſtquam ita effuſa maſſa, ſi nigra fuerit & compacta ac minus foraminulenta & linguæ extremitatem guſtata rodens, bona erit; Sin verò nondum perfectè nigra, iterum crucibulo (ut de novo liqueſcat & adhuc aliqua parte 🜅tis orbetur) injicienda eſt, liquatáque ruſus in canalem effundenda, idque toties repetendum, donec lapis productus erit nigerrimus, ſolidus, compactus, non adeo foraminulentus. (Quò plus 🜅tis detrahitur, eò ſolidior & compactior lapis redditur, ſi modò tam bene corroſivus) hinc uſui reponatur in vaſe vitreo.

*Nota* 1. Fit ſæpius ut lapis hic in vaſe vitreo in quo reponitur, ſolvatur, id quod fit à reſiduo ⊖le & 🜅ti: Ex nigro colore, in hoc caſu, deflectet in viridem & æruginoſum.

2. ☽to nil detrahitur in hac operatione niſi dum in crucibulo liqueſcit materia, ob ebullitionem per incuriam Phamacopæi non coërcitam, aliquid maſſæ ex crucibulo ſecedat, & in carbones ſubjectas decidat, quorum igne dein in auram cum 🜅ti exhalat, ſicque deperditur.

III. TINCTURA ☽Æ larvata ſaltem ejus eſt vexatio, colorem enim per ſe ob viſcoſum ☿riale humidum optimè digeſtum, quo reſultavit, nullum in Chymia exhibere poteſt, & ultramarinus ille pretioſus, uti ex *lapide lazuli & Armeno* is aliàs etiam paratur, eſt à ♀re ipſi permixta, quod ſi enim reſiduum ♀ro fundatur, priſtinum habetur ☽tum. TRa illa *cærulea* autem fit ex ☽*a cæmentata* (dum cum ☽*e lamellata* ℥. ß. & ☿∿*ti q.ſ. fit ſ.ſ.ſ.* in Xbulo reponendo in △ donec ſenſim ☿ius avolarît & ☽ relicta fit inſtar alicujus reſinæ, quæ hinc in pulverem redigi poteſt) dum ei in vitro anguſti orificii affunditur ∿ ⊡*æ*. & digeſtio inſtituitur *per* 24. *horas*, quo pacto ſaphirinus color ſe monſtrabit, haud aliter quam dum ♀*ri* ∿*us* ⊡*æ* vel ♓ *ci* affunditur: vel ſec. *Joh. Helfr. Jungken in Notis ad Agricol. Cap. II. p. m. 26.*

℞ ⊖

Digitized by Google

℞. ⊖ ◻ A.l. ☽ *Limat. ana* in dantur vitro & ſtent aliquamdiu uſque dum maſſa cœrulea fiet, hinc affund. *Spiritus vini* ♀*ſat.* & extrah. TRa. *Virtus* hinc ejuſmodi *TRæ* erit nec à ☽a ſola nec à menſtruo ſolo, ſed utriuſque mixtione quâ tertium quid inde reſultat, liquor nimirum partibus metallicis prægnatus, quibus ferocia ſalia in M. S. domare & figere potis eſt, illáque amplexu ſuo & adhæſione peculiariter invertere: hinc multos *delirantes ex febre* ſe curaſſe refert *Grülingius Curat. Cent. V. p. m.* 40. ſolâ TRâ ☽æ, quæ etiam *Maniacis* à quibusdam ob prædictam rationem propinata eſt, dum forte argenteæ particulæ ope menſtrui ſpirituoſi illuc traductæ cerebri, cui aliàs ana logicè ☽ accommodatur, fibrillas roborare, ſicque ad decentem motum ſpiritus determinare & diſponere valent, præprimis autem ob ⌒*um* ◻*ſum* illos ſpiritus animales depurant & ab acido liberant.

IV. COSMETICUM ☽TEUM ſeu *Mangonium ad album*, quod fit ex *marcaſitâ* ☽*teâ*, dum *ejus q. ſ.* ſolvitur in ▽F *ti* ſolutióque ⌒tur *aquâ pluviâ* in *pulverem album* perlarum inſtar ſplendentem, cujus hinc *edulcorati* & leni calore inter chartas plicatas *ſiccati pars una*, miſcetur *partibus* iv. *Unguenti pomati* vel *roſacei*: inungitúrque facies aut manus.

V. DIAPHORETICUM ☽NARE quo pacto paretur à Chymicis Scaphuſienſibus aliquando ad me perſcripſit Collega Chariſſimus *Celeberr. Peyerus* his verbis: *Diaphoreticum Lunare non aliter paramus quam Joviale, niſi quòd ſtanni Anglici loco Lunam diligenter purgatam recipimus, & cum regulo ♂ ſtellato* (cujus ſumitur v. g. ℥. iv. ☽*æ* ℥. ij.) *conjunctam & unitam ac poſtmodum in pulverem tenuem redactam cum triplo* ⦶*tri purgati & probe exiccati, ut artis eſt, conflagramus & in cinerem redigimus, qui* ▽*â communi edulcatus & reſiccatus fit Diaphoreticum* ☽*nare.* Uſus in memoria confortanda, roborando cerebro, humiditatibúsque ejus abſorbendis.

## CAPUT IV.

### *De Ferro.*

FERRUM meritò poſt ☉ & ☽ primas inter Metalla tenet, quia in eo, ut in ingenioſo illo libello *Antiquiſſimum bellum inter* ☉ *&* ♂*tem* inſcripto, non ſine delectatione legere eſt, *flores rubri nobiles aurei* elegantiſſimi latent, ac, ut *Groſchedelius in Trifol. Hermet.* loquitur, ſi ſubtile V abſque fixionis læſione ☽to debitè communicatur, colore ducatorum aureorum id ita imbuunt, ut id per adurentia aut ♄num minimè ablui & deleri poſſit, idque quia ſiccitas ♀ris ♂tis fixam humiditatem ☽æ attrahit, vel poris hujus ita includitur, ut ♄nus ☽am minimè ſubire & hinc expellere poſſit, unde & quædam *mineræ* ♂*tis* ☉*res* dicuntur, ceu eſt illa è *marcaſitâ Haſſiacâ* ex quâ

TRa virium haud contemnendarum præparatur ( de qua infrà) Conſtat nimirum ♂, in lapideis montibus plerumque progenitus, præter particulas terreſtres ⊖no-vitriolicas plurimas, etiam viſcoſis & ramoſis, ob quarum tamen paucitatem, illarúmque copiam & craſſitiem fit ut ♂ non tam citò in motum deduci poſſit & liquari, igniri verò faciliùs ob ♀ris haud adeo fixi abundantiam, ob quòd & fit, ut ♂lia aſſumpta, ructus pariant ♀ redolentes, & ♂ inde anticachecticum ſit inſigne, quia nim. partes ♀reæ nobiles quæ in eo reconduntur, ſanguinem depreſſum nimis exaltant, confortant, eique tincturam ⦶tro ♀ream conciliant priſtinam, adeo ut veriſſimè dicatur TRam ejus homogeneam ferè eſſe TRæ lapidis hæmatitis, in qua aliàs multa latent egregia, non ſolùm quoad Medicinam ſed & Alchymiam, ſicut & in ♄io, de quibus infrà: Eſt autem Ferrum, ut ☉ & ☽tum, duplex, *nativum* purum, granorum vel maſſæ inſtar (gediegen Eyſen) in fodinis repertum, vel *excoctum* in officinis ferreis aut ex *lapidibus ferreis*, in quibus ſæpius Magnetes, quos embryonatum ♂ ſupra vocavimus & multum quoad texturam internam cum ♂te convenire infrà dicemus, extrahuntur, aut ex *terrâ rubrâ* ferrugine quaſi læsâ, ceu circa montem Vocetium in Helvetiâ, qui totus fermento ♂li imbutus mihi per illum aliquoties iter facienti videbatur, copiosè colligitur & in ferrum liquatur, eſſe verò ſæpius mineram ♂tis inſtar fermenti Ilva Tyrrheni maris Inſula ob ferri venam nobilitata docet, ceu quæ incredibili copiâ eam & exinde gignit, quod quæ terra eruitur dum vena effoditur, tota progreſſu temporis in venam convertatur, *Caſalpino* & *Ceruto in Muſæo p. m.* 450. referentibus. Quamvis autem exterius nigricet ♂, ſubſtantia tamen ejus interior rubroflava eſt ad inſtar auri puriſſimi, adeo ut *Medicamenta* ex ♂te præſtantiſſima haberi poſſint, ſi nodoſitates ejus, ut *Stillerus* loquitur, ritè reſecentur, imò totam ille Medicinam Methodicorum abſolvit, quoad laxum & ſtrictum, dum fibræ corporis noſtri, ex quibus id compaginatur, nunc nimis laxæ nunc ſtrictæ ſunt, Maſſáque ſanguinea nunc in motu eſt concitatior nunc languidior, unde varii & multiplices prodeunt morbi, facilè patet, quæ egregia ex eo haberi poſſint, dum ♂ ſanguini ſic & calcaria & frena adjicere valet, adeo ut hinc intimior ejus natura Medico præprimis ſit ſcrutanda, meritóque artem ignorare dicatur is qui non novit martem: datur autem duplici intentione *aperiendi* & *adſtringendi*, & ut loquuntur *Frid. Hoffmannus* & *Ludovicus* operatur non ſolâ laxatarum ventriculi fibrarum adſtrictione, ſed manifeſtâ rodentium acidorum humorum imbibitione ſeu quaſi ⊕liſatione (unde nimirum in debili maximè vel teneriori ventriculi conſtitutione nauſea & vomitus, imò ex *Williſii* obſervatione, Ulcera & tormina lethalia) ac conſequenter hinc ductuum excretoriorum & lactiferorum deterſione, quâ ratione Hypochondriacos & obſtructos per accidens levat.

Ex

Digitized by Google

Ex Præparatis è ♂te præſtantiora & ſelectiora ſunt ſequentia.

I. Limatura ♂tis Cruda ſubtiliſſimè pulveriſata meliùs ex *ferro ſimplici* quàm chalybe ferro duriori (△ne enim alteratus, rarefactúſque, ut ſupra monitum, multùm ſpirituum & 🜿ris △lis deperdit, & à textura ſua naturali declinat) aſſumitur, ceu in quod humores rodentes facilius agere, ſe in poros ejus ampliores abſcondere, ſicque capi & cicurari poſſunt vel etiam facilius connubium cum ejus particulis inire. Præſtantiſſima hinc ea eſt, eique haud prævalet Crocus ♂ cum 🜿re præparatus & quidem ſec. *Grevv. Experim. curieuſ. du melange des corps p.* 47. ideo, quia illi affuſus ~us ⊕tri minus ebullit quàm ſi *limaturæ* affundatur, ſec. *Cl. Wepferum* verò quia ſpiritus acidulatum mater ſic deſtruitur. Optimùm ejus corrigens in Vinis medicatis ſunt *Caryophylli* & ad aſpertatem ejus *Saccharum*, 🜿*rus* verò nunquam omittendus, egregiè enim is ♂tis vires elicit & in nodulum unà cum ♂te inditus Vinorum (quorum aliàs acidum blandius ♂tem per ſe etiam rodit & imbibit) medicatorum vires exaltat: Sit v. g. *Nodulus* ſequens, qui etiam ſeorſim *Trageæ ♂lis* loco, quantum tribus apicibus cultri capi poteſt, aſſumitur: ℞. *Limat.* ♂ ℥. iv. 🜿 *crud.* ℥. viij. *Cinam.* ʒ j. *ſem. aniſ.* ʒ. ß *fœnicul* ℈. j. *Rad. caryophyllatæ* ʒ. vj *M f. Pulv.* inſuendus ſacculo & immergendus ſeq. ℞. *Puleg. Sabin. Origan. Praſſ. Beton. ana m.* ß. *ſem. apii, aniſ. fœnic. Rad. rub. tinct. ana* ℥. ß. *Rhabarb. pulv.* ʒ. j. ß. *Vini albi tenuis menſ* ß. *Aqua font. q. ſ. ad emin* 2. *digit. Stent in infuſione ſumatúrq; manè & veſperi cyathus tepidè.* Et hoc egregiè opitulatur in *Cachexia Virginum*, earum *obſtructionibus citrinis, Melancholiâ* dum & menſes promovet, appetitum excitat, ſanguinem exaltat & ei colorem rubrum conciliat. Sic & *Uterinum* optimum eſt ſequens: ℞. ♂ & 🜿*ri ana Aſſund.* ▽ *puleg. q. ſ. Infund. in loc. calido per* 24. *horas, poſt filtrentur. Doſis* ℥ j. ℥. ij. Ad *obſtructiones illas citrinas* expertum quoque remedium eſt *Tragea* ſeq. *Clar. D. D. Muralti*: ℞. *Limat.* ♂ *præparat.* ʒ. j. *Croci* ♂ *aperitiv.* ℈. ß. ♄ *diaphor. gr.* xv. *Unicorn. foſſil* ʒ. ij. *Myrrh. præparat.* ʒ. ß. *Sacchari* ad duplex pondus omnium Ms f. *Tragea.*

*Vinum* ♂*tum Celeberr. Wepferi* ubi metus eſt, ne Icterus in hydropem abeat, præſente reſpiratione difficili, ita fit: ℞ *Raſur.* ♂ ℥. ß. *Rad. bryon. enul. camp. Irid. noſtr. ana* ʒ. iij. ß. *Herb. hyſſop. chelidon. c. fl. & rad. marrub. ana m.* j. ⊖ *abſynth.* ʒ. j *Cinam. opt. Caryoph.* ʒ. iij. *Macis* ʒ. j. ß. *Croci or.* ʒ j. *Gran. juniper. cont. m.* ß. *Sacchar. alb.* ℥. ij. ß. Coq. bene in vaſe vitreo cum tribus quartar. Vini albi. *Doſis* manè & horâ ſecundâ *cochl.* 3. 4. *ad* ℥. iij. Poteſt & *Limat. ſubtiliſſ.* cum *Maſſ. aloëtica* vel *Extr. abſynth.* in *Pilulas* redigi & Cachecticis exhiberi, ubi tamen notandum, non nimis crebrò & quotidie quaſi ♂lia ejuſmodi, maximè crudiora adhuc, ſi abſit præſertim acidum, eſſe aſſumenda, ceu hoc infelici exemplo in proprio corpore docuit *Dravvitzius* Chymicus celeberrimus in cujus corpore ob nimium



Digitized by Google

uſum venæ & arteriæ omnes rubigine quaſi obſitæ repertæ fuerunt.

II. Crocus ♂tis 🜍ratus fit è *limatura* cum æquali portione 🜍*ris* per deflagrationem: ejus *Doſis* eſt ℈. j. ad ℈. ij. ex illo *Pulverem cachecticum* paravit *Ludovicus*; ℞ *Croci ♂ 🜍rat.* ℥. ij. *Corall rubr. præparat. Ocul.* ♋ *præparat. ana* ʒ. ß. *MS. f. pulv.* Hæc præcipitantia verò præ ſalibus lixivioſis, quæ ab aliis addi ſolent, meritò idem præfert, neque verò ſaltem quod internos æſtus intendant, ſed & quia ſic acidum ⊕*li* ♂*tis* adhuc præſens cum ſalibus combinatur, ſicque relinquitur *Crocus ♂tis* ſaltem *adſtringens*, ceu ex hac ratione damnavit modum *Michaëlis Mayovv Oper. Phyſ. Medic. p. m.* 109. quò & facit, quod ſalia acidis extra corpus ſaturata inefficacia ſint acidum morboſum edomare. Cœterum quia tali deflagratione cum 🜍te particulæ ⊖no-acidæ de novo reliquis combinantur, fit ut partes ⊖næ & 🜍reæ ferè ſint æquales, metallúmque magis recluſum eò melius etiam pulveriſari poſſit. Hinc *uſus* egregius hujus *Croci* in *Cachexiâ* & *Picâ Virginum* &c.

III. Crocus ♂ ⊕latus fit ex *limat.* ♂ ℥. iij. ∽ ⊕ *li* ℥. vj. ▽ *fontan.* ℥. iv. ſucceſſivè miſtis, filtratis & ad cryſtalliſationem repoſitis, reſiduo verò ☉ſiccato & in Xbulo leni igne ignito, quo habebitur *Crocus ♂ ⊕latus Excell. Wedelii*, ex quo fit ejus *Pulvis cachecticus* cum *pulv. ſtomachici Birckmann. ana* & *guttâ olei cinamom.* item ejuſdem *ſpleneticus* & *antimelancholicus* cum ♁*io diaphoretico* & 🜍*ri nativa.* Notandum nimirum ex *Williſio*, qui multa circa ♂tem tentavit, in ♂te eſſe partes tum 🜍reas, quibus maximè ♂ *panacæam cachexiarum* eſſe diximus, tum ⊖nas ⊕licas, tales verò ⊕licas in cryſtallos, *Vitriolum ♂tis* dictos, abiiſſe ex prædicto proceſſu conſtat, reliquas verò in fundum ſeceſſiſſe *Crocúmq;* exhibuiſſe, ut ad cujus præparationem ♂ acidis prius ut recludatur opus habet, ſive acidum illud ſit mutuatum ab aliis, v. g. in *Croco 🜍rato* ab acido 🜍ris ſeu in ⊕*lato* à ∽u ⊕li, ſeu ſit proprium ipſi ♂ti, quo aliàs *per ſe Crocus ♂* optimè paratur, dum *limatura ♂* affunditur ▽ *com.* & radiis ☉ribus canicularibus exponitur, acidúmque ♂tis ab ▽â diſſolvitur & poſt accedente ☉lis calore proprium corpus in talem *Crocum* corrodit, qui maximè *aperitivus Ettmyllero* audit, quo tamen non cedet ille qui è *limaturâ ♂* ⊡â ſæpius adſperſâ, △ ríq; itidem expoſitâ paratur, idque *ob* ⊖ ⊡*æ* △*e*, cujus ratione penetrantior exiſtit.

IV. ⊕lum ♂tis, ex ∽*tûs* ⊕*li* vel 🜍*ris*, ut dictum, affuſione & corroſione particularum ♂tis ⊖narum maximè in cryſtallos paratum, ſaporem ſubdulcem cum aſpera quædam ſtipticitate referens, in humorum efferveſcentiis compeſcendis & calidioribus viſcerum & ſanguinis diſcraſiis corrigendis, fibrillis laxis roborandis & conſtringendis, egregium eſt medicamentum. *Uſus* hinc ejus in *affectione hyſtericâ, hypochondriacâ, hæmorrhagiis*, ad *laxum adſtringendum*, quamvis aliàs quia acido jam ſaturatum eſt, crudo ♂ti cedat. Vid. *Riverius in Obſervat.*

V. TR.

V. ℟ ♂tis variè fit: *Celeberr. de le Boe Sylvius* eam ita paravit: *Scoriarum ♂. q. v.* (quæ vulgò à fabris ferrariis rejiciuntur ac etiam in 🜊to coctæ, linteísque applicatæ gangrænam arcent) Contund. craſſo modo, affund. 🜊 ad eminent. 3. vel 4. digitorum, repone in digeſtionem per triduum, ut 🜊 colore rubicundo tingatur, decanta tum à ſcoriis & iterum repone, donec limpida evaſerit, decanta tum iterum à fecibus & habebis ℟ *am ♂tis* pellucidam *Doſis* ℈. j. in ▽ *carduibened.* ad obſtructa, ſanguinem à fece melancholiâ expurgandum, coagulando humorem acidum. *Externè* lenit etiam. Præter hanc nobiliores hîc ſiſto ſequentes & quidem primò ℟ *am ♂tis Ludovicianam* ex *Pharmac.* & *Ephemer. Curioſ. Dec. I. Anno III.* ℞. ⊕*li ♂tis* ∿*u* ⊕*li* (vel etiam cum ♃re per calcinationem) *facti*, *Acidi* ♀ *ana* ℥. iv. *vel* vj. Coq. in *Aq. ſimpl* ℔. iij. vel ℔. vj. debitâ intenſione, ac ſeorſim inter agitandum ad melliginem exhala, quam ſuperfuſis 🜅 *comm.* ℔ ij. iv. vel vij. digerendo ſolve, pauco ſedimento, ſi cuncta ritè ſint præparata, relicto, qui liquor ſaturatus poſt nullam aut exiguam ſaltem abſtractionem ſeu ſeu exhalationem uſui reponitur, *eſſentiâ papaveris erratici* ulterius tingendus vel *eſſent abſynthii* comiſcendus. *Uſus* in hypochondriacorum partium *obſtructionibus*, *effervescentiis*, *præfocationibus*, *cachexiis* &c. *Ictero* item, niſi ſit cum *hydrope* aut *calculo*, (ut ut etiam in calculo optimè proſit) citra purgantia affectum plerumque in deterius præcipitantia, & & hoc per aliquot dies continuari poteſt, vel ſuperaddi *Diaphoreticum ♂tum*, interponíque *pilulæ aloëticæ*: Alia *tinctura* laudatiſſima, nobiliſſimarum virium eſt illa ſanguinis inſtar rubicundiſſima ℟ *♂tis Zwelferi ex* ⊕*lo ♂tis* & *ſale eſſentiali vini*, qui eſt *liquor* 🜄 *fol.* ♀*ri*, extracta ▽ *cinamomi* ∿*oſâ*, cujus *Uſus* in *obſtructionibus* hypochondriorum, pancreatis, *Cachexiis*, *Chloroſi*, *Melancholiâ* eáq; viſcera apprimè confortat. Hæc tamen ℟*a*, ut & illa quæ fit cum *ſucco pomorum* cum debiliores ſint illâ, quæ itidem cum *liq. terræ fol.* ♀*ri* ex *minerâ ♂tis* ☉*ris* in *Haſſiâ* & *Thuringiâ circa Salfeldiam ut & Numburgum* reperitur, extrahitur, talem ut fortiorem & in plurimis morbis chronicis admodum ſalutarem, ſummopere æſtimamus; Ex eadem quoque habetur hic *liquor ♂lis* ☉*ris* dum minera vel terra hæc, poſtquam per plures annos ad ⊕li ſufficientem productionem expoſita fuit, cum ▽*â rorismajalis*, vel alia aliquâ deſtillatâ infunditur atque quod ſolvitur filtratur, idque quod filtratum eſt denuò huic mineræ ⊕licæ affunditur, donec nihil hujus ⊖lis amplius ſolvere, atque imbibere poſſit.

VI. ♂ SOLUBILIS WILLISII ſec. deſcriptionem veram ex Anglia communicatam ita fit: ℞. ♀ *alb. comm. purg. Limat.* ♂ *puriſſ. ana p. æq.* MS. exactè in mortario ferreo, affundo ▽*am theriacalem* & *Lumbricor. major.* q. ſ. f. *Maſſa*, contunde poſtea fortiter maſſam, hanc cum piſtillo ferreo per

 ſemi-

ſemihoram, in globulum redacta includatur papyro albo duplicato, arctè ligetur circumcirca, ſuſpendatur in loco clauſo tepido per 3. 4. dies, dum in duram concreverit maſſam, pulveriſetur, cribretur, ad ʒ. j. addantur ℔. ij. *Aquæ* & habebis *ferreas Acidulas Williſii*, quales ſe in magna quantitate ex tempore parare poſſe, ac *Vinum, Cereviſiam, Lac* aut *ſerum* ejus nullo cum negotio, chalybeata reddere *de Fermentat. Cap. VIII.* refert, id quod arcanum hactenus erat ſcitu Curioſo cuivis digniſſimum. Vid. & *Junken Chym. experiment. Curioſ. p. 359.*

VII. Diaphoreticum ♂tum *Dan Ludovici in Pharmac. aureâ p. 330.* deſcriptum, ut & in *Miſcell. Curioſ. Ann. VIII. Dec. I. Obſ 65. p. 108.* commendatum fit ex *Limat. ♂ & ☿ii pulveriſ.* p. æq. quæ per continuas agitationes, ad reguli concretionem præcavendam, in ſcorias rediguntur; maſſa verò hinc pulveriſata *cum triplo ⦶tri* in Xbulo candenti ſucceſſivè detonatur, detonatáque affuſâ aquâ calidâ (ad ⦶ ſeparandum) edulcoratur & in pulverem ſuper porphyrite teritur ſubtiliſſimum, colore hepatis, qua de cauſa *Excell. Wedelius* illud etiam vocat *Bezoardicum ♂le flavum*, item *☿ium ♂le cachecticum*, qui tamen reguli illam concretionem admiſit & ita proceſſit; ℞. *♁ p. ij. ♂. p. j.* fundantur ſimul igne fortiori, ubi apparet *Regulus* huic *pulveriſato* addatur rurſus *♂ p. j.* & fundantur denuo, ut omnia quaſi in *ſcorias* abeant & *triplo ⦶tri* calcinetur eodem modo, & edulcoretur in medicamentum magnarum virium in *Cachexiâ, Hydrope, Scabie*, & ubi in *ſcorbuto* & *affectione hypochondriacâ* opus eſt ſudore; Valet & in *Ictero. Scabie* verò cum *Extr. fumar. pulv. viperar.* item *Eryſipelate, Dyſenteriâ malignâ, Fluxu cæliaco* cum *Balſam. Peruviano* & *ſucco tenerior. fol. querc. inſpiſſ.* in Pilulis, ceu videre eſt apud *Excell. Clariſſ. Joh. Conr. Wepferum* in *Diſſert. inaugur. de Fluxu Cœliaco*, in qua & refert *Venerandum Dominum Parentem ſuum* multiplici praxi ſæpius præſtantiam hujus medicamenti ad diſſolvenda glutinoſa & obſtructiones reſerandas (felici connubio ♀io & ♂te junctis & à noxio 🜍re exutis) eſſe expertum.

VIII. Crocus ♂ Adstringens per reverberationem igne fortiſſimo vel modo *Rolfinciano* è *Croco ♂ ſaccharino albo & modico ♌us ⊕li vel 🜍ris* Xbulo indito, leni calcinatione paratus, præſtans eſt remedium in *Dyſenteria. Gonorrhæâ* cum *Terebinth Ven.* fluxibúsque ſanguinis quibuſcunque. Notandum verò eum in calcinatione augeri pondere dum acidum carbonum ſe in ♂ inſinuat & particulas in ſitu aliter locando ad diverſam aëris preſſionem diſponit: Convenit multum cum 🜄 *⊕li dulci*, cujus emolumenta in *Chirurgicis* infrà adducemus.

IX. Oleum ♂tis Auro potabili vix cedens carmine deſcribit *Pharam. Rumelius Jatr. Chym. C. X. p. m. 960.* quod inprimis valeat ad *Herniarum curationem*: fit nim. ex *ſolutione ♂tis in Aq. philoſ. è ⊕lo & ⊖le*, ſolutionis filtrati-

Digitized by Google

filtratione & abſtractione, uſquedum igne intenſiori *Oleum rubrum* appareat, quod optimè rectificatur & ſummè *anodynum* & *antihyſterium* præ reliquis virtutibus erit, eſt namque ☉ris progeniei, ut ſupra dictum, emergítque è particulis ramoſis in fluorem concitatis. Alii ſumunt *Crocum* ♂ ex ♂*tu* in ⊕*li* ℔. iij. ▽â tepidâ ſoluti paratum ad omnimodum laminarum ♂ conſumptionem, cui dehinc addunt *ſilicum calcinator.* ℔. ij. & per 🝭tam bene lutatam lento △ne per 12. horas dein intenſiori 🝪lant, unde *oleum* coloris ſanguinei habetur, *extus* & *intus* uſurpandum, in prædictis aliiſque affectibus præprimis verò ad omnes *hæmorrhagias interiores* & *viſcera roboranda* præſtantiſſimum.

X. ℞ ♂ Adſtringens ad modum *Ludovici* è *crudo* ♂*te* per ∽*um* ⊕*nis ſimplicem recentem* aut 🜍*ratum* præparatur, vel etiam è ☉ ſeu ▽ ⊕*li* ♂*tis* dulc. balſam. abſtrahendo pulvere ∴ remanentiámque extrahendo in ℞*am adſtringentem cum* ℣. *Doſis gr.* xx, xxx. *Uſus* in *fluxibus* quibuſvis, *uterinis*, *alvinis*, *hæmorrhoidalibus* &c. *Excell. Ettmüllerus* quia vomitum timet ob ♀rem, optimum proceſſum ſeq. judicat: ℞. *Croci* ♂ *adſtring.* factum præcipuè ex ⊕lo ♂tis, ſolvatur in ∽*u*⦶*tri* vel *ſimplici* vel *compoſito* cum ∽ ⊖, ſolutio abſtrahatur, ut in fundo remaneat ſub conſiſtentia pultis; huic affunde ℣ probè rectificatum & habetur ℞*a egregia* in *ſputo ſanguinis, Diarrhæâ, Dyſenteriâ* &c. *Doſis* 20. ad 30. *guttas*.

## CAPUT V.

### *De Cupro.*

CUPRUM ab inſula *Cypro*, in qua copioſè foditur, dictum, conſtat particulis terreſtribus craſſioribus multis, plurimis viſcoſis & ramoſis valde volatilibus; ob quam volatilitatem fit, ut cuprum circa ſummitates furnorum, in quibus funditur, facilè in flores abeat, qui tamen cinerum ad inſtar collecti, crucibulo inditi, ruſúsque fuſi in Cuprum rurſus convertuntur, ceu in Suedia, ubi ♀ copioſè reperitur, ſe vidiſſe refert *Abbas Burdelotius* in *Converſ. Academ:* Ob abundantiam verò partium viſcoſoramoſarum, 🜍reo Λle valde eſt cuprum, ac naturæ narcoticæ, ſi domœtur & propinetur, particeps, ceu ſi ejus 🜍 cum ⊖ ♓*co* extravertatur, facilè etiam inflammari poteſt, affinéque valde eſt ⊕li 🜍ri narcotico, ceu quod ipſum præter ♀reum hocce, *Excell. Pecblini* judicio, nihil eſt, ac emeticum quod eſt in ⊕lo, æris eſt Λle 🜍ur. Quamvis verò intra 🜍reas haſce partes etiam 🜍*ur* ☉*re fixum* hoſpitetur, cujus ratione ☽tum in ☉rum tingere valet, ſi debitè procedatur, obtinet tamen ſpiritum ſummè adſtringentem, corrugantem, valdéque immaturum, ceu & *ſupra de* ☽*to* dictum, cum quo

quo ipſi magna aliàs intercedit affinitas, raróque unum ſine altero reperitur, prout itidem colorem præbet cœruleum vel virentem, medium ſcilicet quaſi eſt inter ☉ & ☽ quia nim. 🜍 malum & debile, tanquam pater malæ complexionis coivit cum generoſa matre, id eſt, ☿rio, generavítque filium tam lividum fuſcæ rubedinis, unde & mox alienis labefactatur, quia ſcilicet principia ♀ laxè nimis congreiebantur, relictáque ſunt interſtitia plurima, factum, ut & ab acidis facilè penetrari poſſit, ſuperficiéſque ejus lædi à particulis acutis ſcindentibus, ingreſſum liberum in poros nimis laxos reperientibus, in quibus quia ⊖ ⊕latum reconditum offendunt ÆRUGO prodit, qualis à *Monſpelienſibus* copioſè parari ſolet ſtratificatione cum *vinaceis*, cujus ∽us acidus laminas ♀ erodit *floréſ*que *æris* vel *viride æris* raſile parit, ſicut *ſquamma* æris tenuis *ſtomoma*, quaſi remiſſa ab ore & ſuperficie æris dicta, colorem illum præbet puniceum, Germanis Kupfferbraun/ Keſſelbraun dictum, qualeq; olim, ut *Paulus* habet, cum ✚to ad purgandum hauriebatur, cujúſque in locum nos hodie ⊕li ⊖le utimur, ceu ♀rei 🜍ris veriſſimâ larvâ, dum præcipuè ♀um quoque ut ⊕lum ex *pyrite* & *marcaſitâ* habetur, ac etiam ex nonnullis 🜃æ generibus, luteis & purpureis excoquitur, rarum enim eſt Cuprum *purum* (gediegen Kupffer.)

Quoad *Uſum Medicum* quia indomitum valde (inſalubre hinc Zwelfero dictum metallum) eſt ♀, ob nauſeabundam ſuffocativámque adverſam qualitatem *internè* pauca dat præparata, *externè* autem quia adſtringentem valde ſpiritum habet, mundificánſque & mortificans acria egregium eſt, ad Ulcera & Vulnera feliciſſimè adhibetur. Sit

I. LIMATURA ♀ ad ℈j quę data cum juſculo præſentiſſimum fertur remedium contra *rabiem* aut *morſum animalium rabidorum*, prout & ſerpentis ænei adſpectu olim à ſerpentibus ictos curatos fuiſſe legitur.

II. ENS VENERIS *Nobil. D. Boyle*, compoſitum è ⊖*le* X *co* & *Colcothare* edulcorato, bis aut ter ſublimatis. Doſis gr iij. ad vj. in liquore convenienti in *Rachitide* Anglorum (vid *Mayorv*) & obſtructionibus à viſciditatibus obortis. Interim aſcendit ſimul quid narcotici ex 🜍re ♀ris, particuliſq; ejus viſcoſis, quæ aptæ ſunt ligare ſpiritus. Unde & *Accuratiſſ. Ettmyllerus Chirurg. Infuſor. Cap. II. §. 7.* ſe ſcire refert, *Aquilam albam*, id eſt, ☿ *dulcem* ex ♀*re primum ens* elicere, eóque in crocei coloris habitum ſe veſtire, unde egregiam anodynam & antiquartiam vim acquirat, aliiſque adhuc virtutibus egregiis dotatus ſit. *Confer. §. ult.*

III. FLORES ♀, ℞. ♀ *q. v. redigatur in laminas tenuiſſimas & in fruſtula conſcindatur minutim, & in tigillo cum pulvere* 🜍 *ſ. ſ. ſſ. s. a. calcinetur* △*e forti per diem vel horas* vj. *aut* ix. *calx refrigerata ſuper marmore conterátur, trita in* ▽ *font. ſolvatur, ſoluta in vaſe perlutato coquatur ad conſumptionem aquæ, pulvis relictus & bene exiccatus cum* ⊖*le præparato conteratur, commiſcea-*

Digitized by Google

*miſceatúrq; miſta vaſi ſublimatorio imponantur, & igne fortiſſimo ſublimentur per 24. horas & invenies pulverem viridem & ſubtilem, ſed in paucâ quantitate.* *Uſus* hu us pulveris præſtantiſſimus eſt in *Ulceribus malignis, phagadænicis, Cancro, Fiſtulis* &c. ſanandis, ut vix ſimile detur, ſi inſpergatur & ſupponatur Emplaſtrum ſticticum. Hîc non poſſum non communicare *Balſamum viridius Pariſienſium* in *Noſodochio Charitatis* & *l'Hoſtel Dieu* uſitatum & ab Inventore *Nobiliſſ. Dn. Petit* huc uſque pro ſecreto habitum; Fit id ſeq. modo: ℞. *Ol. olivar. lini ana* ℔. ß ʃ. *juniper. lauri ana* ℥. ß. *caryophyll.* ʒ. j. *Aloës ſuccotr. Tereb Ven. ana.* ℥. ij. *Virid æris* ℥. iij. ⊕*li Rom. alb.* ℥. j. *Tuthiæ* ℈. iij *Coq. omnia & poſt filtrationem in phiolâ ſerva ad uſum*: *Emplaſtrum* verò unà *Balſamo* ſuperimponendum hoc eſt: ℞. *Gum. galbani, Opoponac. Bdell. ana* ℥. j. *Ceræ alb.* ℔. ß. *Ol. olivar.* ℔. ij. *Litharg. arg.* ℔. j. ß. *Ol. lauri juniper. Thur.* vel *Oliban. Ariſtoloch. Tuthiæ ana* ℥. j. *Terebinth. Ven.* ℥. iiij ✠*ti* ℔. ß *Diſſolv. gummata in* ✠*to* & per *pannum laneum trajiciantur, poſt evaporetur humiditas, commiſceantúrq; pulveres* ut f. *Emplaſtrum.*

IV. TRA ♀RIS genuina ſaltem illa eſt ubi 🜍 ♀ris fixum legitimè extrahitur: aliàs verò nunc habetur *viridis* inſtar ſmaragdi, nunc *cærulea*, nunc *colore ſanguineo* pro varii menſtrui affuſione & particularum pororúmque inde emergente diſpoſitione & locatione, v. gr. ℞. *Cryſtallor.* ♀ vel in hujus defectu ⊕*l. cypr. p.* j. ⊖ ♓*ci p.* ij. Fundantur ſimul in Xbulo donec bene fluant & maſſa ex viridi nigreſcat, quo apparente ſigno auferantur ab △ne, maſſam autem refrigeratam terito, eíque ad eminentiam duorum digitorum tranſverſorum affunditur *Alcohol vini*, digerantúrque ſimul, donec *TRam* amœniſſimam obtineas *viridem* inſtar Smaragdi. In forma verò *cæruleâ* ſi volueris: ℞. ☽ *vulg. q pl.* ſolv. in ∽*ûs* 🜕*tri* & ⩧tur poſtmodum cum *muriâ q ſ.* Calcem edulcorato & exiccato; cui poſtmodum affundito *Menſtruum* ſeq. ℞. ∽ ♓*ci p.* ij. *Alcohol vini p.* j. Digerantur per biduum & paratum erit menſtruum, ita enim intercedente poſtmodum digeſtione menſtruum tuum colorabitur *TRâ ultramarinâ* ſeu *azuriâ*, quam *Pſeudo Chymici* falsò vendidant pro *TRâ* ☽*æ*: *Colore ſanguineo* ſi volueris. ℞. *Virid. æris q pl.* Coq. c. ⚹ uſque ad ſiccitatem ferè, hoc verò tertia vice repetito, ita enim rubeſcit inſtar ſanguinis ✠, quod filtra & ad medietatem aufferto; cui affundes tantum *Alcohol vini* quantum per ʃnem ✠ abſtuliſti, digerantur quo uſque per alcohol vini auſterum & ⊕icum ♀ fuerit maturatum: ✠ autem ad hunc uſum ita adornato. ℞. ✠ *vulg. q. pl.* Digeratur hoc ſuper *flores* ♓*ci* donec *auream* inde acquirat *TRam.*

V. ∽us ♀RIS *ſec. Clariſſ. Maëtſium* ita paratur, ℞. ⊕ vel *cryſtall.* ♀*ris p.ij.* adde 🜕 *fortiter calcinat. p.j.* ʃtur ex ☊ ▽ â △ aperto, ad totalem fumorum egreſſionem; ∽um ♀ris rectifica & à phlegmate ſuo ſepara; Egregium præbet *menſtruum* in TRis ex vitro ♄ii, ut & ex ejus minerâ, aliiſ-

 que

que crocis & calcibus extrahendis. Alius -ɲ- ⊕ ad ſolvendas margaritas, Corallia & perlas ita fit: ℞. ⊕ ℔ ij. ♀ *ris citr.* ℔. j. pulverif. & cum ✳ circiter ℔.ß.imbuantur,quæ per ☋ vel △ne ∴. deſtillata dant ℔.j.ß -ɲ-ûs ſatis △lis. Neque verò hic reticendus *Spiritus antaſthmaticus Michaëlis*; ℞. ⊕*nis* ℥.xij. *Gumm. ammoniac.* ℥. iiij. *pulveriſata mſ.* ♌ *ac* ☋*la* △*ne* ∴ prodibit que primò ♃, tandem igne auctiore -ɲ-us nebuloſus, ultimo ₒ°ₒ rubicundum: -ɲ-us verò dum per ☋ rectificatur *Hertodt in Crocolog.* in rectificatione roſtro alembici *Croci Auſt.* aliquid impoſuit, ac præterquam quòd in *aſthmate* egregiè reſolvat, etiam in *obſtructionibus lienis* in ▽*â aperitivâ* aſſumptus. pro arcano ab ipſo commendatur.

VI. ÆS USTUM factum ex ipſo *are cremato,* ♀*re &* ⊖*le*, adſtringit, exiccat, reprimit, extenuat, ulcera purgat, impedimentáque quæ adſunt conſumit, ceu inde ingrediens eſt Unguenti Apoſtolorum Avicennæ, Ægyptiaci magni Meſuæ aliorúmque ad Ulcera phagedænica, chironica, cacoethica curanda proſtantium compoſitionum, præprimis apud Chirurgorum Germanorum Coryphæum Fel. Würtzium. Affine ei eſt *æris recrementum* ſeu ſtercus & *ſcoria* quæ cum ♀re & radic. Ireos Florent. calceis inſperſa fœtorem pedum tetrum corrigit, ſalque △le ſudoribus immixtum invertit, ceu & Ettmülletus *Medic. Hippocr. Chym. p. m.* 50. obſervavit *Orichalci* (quod fit ex ♀*ris part.* C.cum *part.* xxx. *Lap. calaminaris* mixtis △neque forti agitatis) *limaturam* calceis impoſitam, à ſenſili pedum ſudatione, in viridem crocum diſſolutam fuiſſe.

VII. △ ♀ HELMONTII juxta communicationem cujuſdam Italii ta fit: ℞. ⊕*li* ♀*ris rubificati* taliter; evaporetur ad ſiccitatem, flavúmque colorem, tunc pulveriſetur & ad ignem ponatur in olla magna, agitando ſæpe, uſque rubrum fiat. refrigeretur rurſúsque impalpabiliter pulveriſetur, denuóque in olla ad ignem agitetur ad intenſiorem rubedinem: ultimò rurſus pulveriſetur eritque coloris rubri pulcherrimi, tunc pulveriſetur duplum ⊖is ♓ ci impalpabiliter, & mox ſimul optimè miſceantur & per ☋am ♌lentur, adoptato recipiente, △ne gradato, ultimo △niendo eo modo ac ſolet deſtillati ₒ°ₒ ⊕li; aſcendit ♃*a* ⊕*li* ♀ *rubra* cum ⊖le ♓ co; ſolvatur in △am ſtillatam bulliente ⊖le & remanebit in fundo TRa; hanc feci & in adſcenſu rubra fit ♌ ta quaſi foliis æris eſſet colorata. *Helmontius* vult, ut uniatur cum ☿rio ⚍tato Joh. de Vigo, fortè illam rectificat cum ♓ co denuo, fortè extrahit TRam cum 🜄 cohobato floribus ⊖ ♓ ci &c. Acciperem TRam & ☿⚍tum & ſolverem 🜄 â ▽toriâ juxta deſcriptionem *Quercetani in ſuâ Pharm. ſpagyr.* & deſtillarem cohobando, reverberando, uſque ▽a eſſet, ultimò deſtillando & cohobando cum ▽a ♌ lata ex albuminibus ovorum uſque ad edulcorationem. Atque hæc ex literis Excell. Chymici Mediolanenſis DN. *Petri Martyris Coſſe*, in

quibus

Digitized by Google

quibus quia dubitationes quædam occurrunt ac divinationes, proceſſus autem ejuſmodi *Elementi Jgnis Veneris* ad *Mercurium Diaphoreticum Paracelſi* & *Helmontii*, heroicum medicamentum, parandum ſummè neceſſarii candidè communicatur à *Joh. Helfr. Juncken in Not. German. ad Agricol. Cap. III. de ☿rio p. 36. & ſeq.* nóſque præliminaria infra in communicatione Elixiris vitæ *Cap. de Hæmatite* (ubi -ᴧ-us ille acidus ⊖nus △lis ♀ri eſt affundendus & cohobandus, ut fiat 🜄 gradatoria ☿rio 🜊to Vigonis affundenda, quo hujus 🜍 internum extravertatur, figatúrque, fiátque pulvis dulcis, ☉ nimirum *horizontale*) ſimus communicaturi, Lectorem ad cit. *Junckenium* remittimus.

## CAPUT VI.

### *De Stanno.*

STANNUM (aliàs plumbum candidum) quia olim miſturam metallorum indigitabat, innuere jam videtur illud medium eſſe inter ☽tum & ♄um nigrum, quaſi certa proportione in radice ex utriſque miſtum, unde quod purè in eo ſplendet, in ♃ Anglico præſertim, ☽to defertur, quicquid verò lividi, ♄no; quia verò bina hæcce *mollia* dicta metalla igneo principio 🜍ris minus dotata ſunt, pro frigidioribus habentur, quamvis ad hoc declinandum Jovémque ſceptrigerum venerandum ex harmonico macrocoſmi conſenſu Stannum Veneri planetæ quidam (forte dum ad matricis affectus egregia ex ♃ve habentur remedia) conſignent, Jovi verò Cuprum ut eſt *Hiebnerus in Myſter. Sigill. Herbar. & Lapid.* qui & exinde ad figuras taliſmanicas efformandas, quæ influentias antipathicas ab Homine, qui eas geſtat, declinent & in ſe ſuſcipiant, corpus Cupri charactere ♃li cum numeris decentibus aſſumit, de quâ re quia pluribus præter Auctorem Gallum *de Curioſit. inauditis* egimus in *Miſcell. Curioſ. Germ. Anno I. Decad. I.* hîc ſuperſedemus, ſtatuentes quoad deſignandas particulas Stanni, conſtare ♃vem particulis viſcoſis maximè 🜄ibus & minus excoctis fixiſque cum pauciſſimis particulis ramoſis △tilibus, cum ſpiritu inſuper in eo acido o--oli ⊖no, (ut arguit halitus fœtidus, dum funditur) cujus ratione non ſaltem colores magis reflectere facit, ut ſcarlatum, dum viſcoſo ſuo corpore colores melius detinentur & corpuſculis illis tingentibus ſuperficies magis æquabilis inducitur, ſed etiam metalla penetrat, ut eſt ♀ & ♂, idque modo ſingulari, etiam dum hæc non ſunt integrè fuſa, ut videre eſt in ferro aciculari, quod ſimpliciter ignitum, ſtannóque intinctum album & inſigniter durum redditur; ſubtilitate nempe ſuâ poros eorum replet, ut experimento in laboratorio *Academ. Reg. Pariſiis* conſtitit, paratæ ſcilicet



Digitized by Google

ſunt pilæ tres æquales magnitudine, una ex puro ♃ve ſaltem, altera ex puro ♀. tertia ex ♃ve & ♀re fuſis invicem, quarum hæc poſterior quartam partem plus ex ingreſſu ♃vis poros replentis ponderavit: Hinc & ſtannum metallis, excepto ☉ & ♄ quæ tractabilia relinquit, duritiem affert terream & fragilia ea reddit, quod ſi non faceret, fortè non ſaltem ☽tum in pondere augeret ſed & ♀ tingeret; hujus ratione patet quî ex ♀re cum ♃ fiant *Specula metallica* (non tamen illa quæ & Electra ſeu ſphæræ ſapientiæ Salomonis dicuntur, quibus magico more ſignis cabaliſticis ex influentiis cœleſtibus præterita, præſentia & futura ſciri poſſe quidam aſſerere haud verentur) ſumitur nempe *Fragment.* ♀ ℔. iiij injiciuntur in Xbulum, datúrque ignis fuſionis, hinc poſt fuſionem additur ♃ *Angl.* craſſo modo inciſ. ℔. j. fluúntque igne forti, hinc in formam ſpecularem materia infunditur & poſtea politur, de quo & infrà.

*Medicamenta* è ♃ve *Poterius* Chymicus Bononienſis, ſatis celebrare ſe non poſſe, quicquid alii dicant, in *Pharmacop. Spagyr.* refert; Sit ante omnia

I. DIAPHORETICUM ♃LE ſeu *Antihecticum Poterii* ab ipſo in *Obſervat. Cent. III. Cap.* 20. *p. m.* 225. & *Cap.* 85. *p.* 285. ænigmaticè deſcriptum, à *Rolfincio* demum in *Chymia in artis form. redact.* declaratum; Ego hanc præparationem Medicis Baſilienſibus ac Scaphuſianis familiarem exoptatiſſimo cum ſucceſſu in *Phthiſi* & *Hecticâ* exhibitam hîc ſiſto: ℞. *Reguli ♁ii ♂lis ſtellat.* ♃ *optim. ana* ℔. j. funde in Xbulo, poſt in catinum fuſorium calefactum & ſevo intus illitum injice, relictis adhuc in crucibulo ſcoriis, maſſam hanc paulatim refrigeratam minutim contunde & cribra, pondera, *triplúm*que dein ⦶tri probè ſiccati ac minutim conciſi miſce probè & in furno venti per vices detona, ubi aliquamdiu relinque in Xbulo, poſtea in catinum aquâ frigidâ plenum injice ac edulcora aliquoties aquâ tepidâ affuſâ per filtrum, poſtea in aëre tantùm ſiccetur, & ſuper lapide porphyrite tere in pulverem ſubtiliſſimum coloris ferè cœrulei, cujus *Doſis à* ℈. ß. *ad* ℈. j. vel *per ſe* vel *cum aliis*, v. gr. in hiſce *Rotulis* quàm præſtantiſſimis: ℞. *Antihect. Poter.* ℥. ß. *Spec. diatragac. frig.* ʒ. ij. *Flor.* 🜍 *ter ſublimat.* ʒ. j. ß. *Maſtich. opt. ſuccin. albiſſ. ana* ʒ. j. *Croci* ℈. ß. o°o *aniſi gut.* vj. *Sacchar. in* ▽ *heder. terreſtr. ſol.* ℥. iij. ß. *M.S. f. Rotulæ*: Cum *conſerv. roſar.* & *flor bellid min* optimè quoque in *Electuarium* ad tuſſim ſiccam redigitur.

II. CRYSTALLI ♃VIS, ℞. ♃ △*nem non expert.* pulveriſ. foſſoribus Zinngraupen dict. ∽ ⦶*lide* ✠ *mati ana* ℔. ij. inde cucurbit. capaci ad ſolut. ponantur in ·.:.· ut efferveſc. hinc affund. aliquot Cantharos ▽ calid. & agit. filtretur dum adhuc calet, & abſtrahatur ut cryſtalli emergant, qui edulcorentur. *Doſis* horum à gr. j. ad gr. ij. in *affectibus uterinis* & *hydrope*, in qua miraculosè operantur, item ad ſalia acria & impuritates M. S. edomandas, valent etiam ad *fiſtulas*. III. Su-

Digitized by Google

III SUDORIFERUM MAXIMUM *P.I. Fabri* compendioſius, citra ullam remedii profectò elegantioris deteriorationem, ita parari poſſe docet *D. Ludovicus Decad. I. Miſcell. Curioſ. Ann. IV. & V. Obſerv. CCVI. p. m. 289. ℞. Amalgam. è* ♃ Angl. *&* ☿ viv. *ana parati* ℔ j. *probè contrito exactè permiſceatur* ☿~*ti ſeorſim pulveriſati* ℔. j. *Indatur mixtura retortæ vitreæ mediocri (cujus collum ſi cochleari uno alterove* ▿*æ ſimpl. detergere tentes incaleſcet maſſa, ac ſponte guttæ quædam prodibunt, brevi tamen poſt ceſſante fervore) appoſito mediocri quovis vitro* ℔. ß. *aquæ ſimpl. continente, roſtróq; veſica tantùm juncto, deſtillatur igne arenæ mediocri horæ ſpatio liquor acidiſſimus, ceſſando ſtatim, cùm materia quædam alba butyroſa apparere inceperit, aliàs enim cum eâ & ſubſequa griſeâ materiâ* ☿*rii vivi granula fruſtra adſcendunt & quod in retortâ remanet, nimium fortè patitur, deſuper nigreſcens dum alius albet; affundatur is liquor (qui ut plurimum* ℥. x. ß. *ſin verò recipienti non fuerit indita, tum ſaltem* ℥. ij. ß. *ponderat) dicto in retortâ reſiduo ſeu amalgamati ſplendidiſſimo, caleſiant in balneo vel arenâ omnia probè, & poſt repetitas agitationes,* ♃*ve ſic ſaturatus liquor calidè per madefactam priùs emporeticam duplicem filtretur, ut vini inſtar clarus tranſeat, quod charta abſorbſit, ſimiliter* ℥. j. *vel* ℥. j. ß. *aquæ ſimpl. eluendo. Tranſcolatus ita citra aliam rectificationem novæ retortæ vitreæ mediocri ſaltem indatur cum* ⦶ puriſſ. ℥. iij. *& vitro quodam ampliori veſica juncto deſtilletur 5. vel 6. horarum ſpatio, primo mediocri igne quaſi* ♆, *hinc ſpiritus rubens, fortificato denuò albicans liquor, ac demum (ut in ejusmodi* ⦶*tis fit) obſcurè rubens; continuando donec planè nil exeat ampliùs, quò materia alba, tantùm terrea, non verò bullis* ⊖*nis interſperſa aut fiſtuloſa (ſolubilis adhuc in aquâ ſimpl. & per* °°° ♀*ri quidem ſed minuto candore, remiſſioríq; ferè diaphoreſi præcipitanda) remaneat: Pulvis edulcoretur copioſiori aquâ unâ vice, quo totus ſubſideat, ſuperinfuſâ, erítq; præter propter* ℥ iij. *&* ʒ. ij. *vel* ʒ. iij. *ſpiritus (*⊖*lis compoſito congener)* ℥. xxx. *vel* xxvj. *Et ſi de* ⦶*tro nimium poſt finitam deſtillationem reſtare, per particulæ probationem videbitur, diffracta retortâ, maſſa priùs Xbulo vel tegulæ communi imponi reſiduúmq; ſubjecto validiori igne diſpelli poterit, quàm edulcetur.*

IV. LIQUOR ♃VIS colores nitidiſſimè exaltans hactenus ſecretior ita fit: ℞. ♃ *Angl. puriſſ. q. v. inijciatur ſenſim in* 🜆 uſque dum hoc ſolvens viſcoſum evadat ſaturatè flaveſcens, ſic per aliquot dies ſolutio hæc in aëre libero relinquatur, ut gas illud ſylveſtre 🜆 evaporet, tum fiat ſolutio ⊙ ʒ. j. in 🜆 & in vitrum ſatis capax amplo orificio præditum largiſſima aquæ communis copia infundatur & in hanc aliquid ſolutionis ♃ & paulò poſt tantundem ſolutionis ⊙ri infundatur & fiet curioſa præcipitatio ⊙ colores cardinales tres in ⊙ extraverſos oculis exhibens, flavum nim. cœruleum, nigrum, qui paulò poſt in purpuram eleganter rubentem abeunt, ſupernatante nubeculâ ⊖na. *Uſus* hujus *ſecundum Caſſium de* ⊙

*p. m.* 107. peramplus eſt, indubitatum enim eſt præcipitato hoc ☉ri vel purpurâ ☉ri expertum ac habilem Chymicum elegantia multa præſtare poſſe, imò cum liquore ipſo etiam ♃vis; inſerviet enim non ſolùm pro magnetico contentorum in multis mineralibus, Lapidibus, Granatis, Arenulis &c. exploratore, ſed inſuper pro colorum è Vegetabilibus etiam extractione, ejus enim medio omnis generis colores exaltantur, atque in viſcoſo ejus corpore meliùs detinentur, quod ante annos abhinc non multos egregio artis tinctoriæ emolumento innotuit, ut nunc tinctorum non pauci pannis ſuis pulcherrimam *coccinellæ* (vel ſicut alii artifices vitris coccinellæ aureæ) purpuram ejus ſolùm ope inducere norint: ut nil dicatur quantum in tingendis ſilicibus, cryſtallis, emaliis item purpureis efficiendis poſſit. In 🜔bus certè tingendis quibuſcunque, alcalibus, 🜕tro, 🜔le communi aliiſque △libus pro inſignium medicinarum præparatione non infimum habet locum & vix aliud quam ☉is 🜍r reperitur quod id præſtet, rubedo enim 🜍ri à 🜕tro conciliata inconſtans eſt & fugax, permanens verò hæc à 🜍re ☉ri ſi certâ enchireſi res tractetur. Huc & ſpectat *Spiritus* ille *impetuoſus* è ♃ve prolectus, qui croco ☉is affuſus abſtractione ſecum defert ☉ colore ſanguineo, quæ maſſa ſi refrigeſcat, picis inſtar indureſcit, quâ de re Auctor Tr. *Sol ſine veſte*: Fit autem *Spiritus* ille *fumans* hoc modo: ℞. ♃ *Angl.* ℥. j. ß. ☿ *viv.* ℥. ij. ß. *f. amalgam.* pulveriſ. & adde ☿ *ti ana* agitentur, indantur 🝭tæ adjuncto recipiente aquæ frigidæ incubante, ignis gradatim promoveatur & prodibit pellucidus liquor, quem ſequuntur ſpiritus impetuoſi plurimi, unde deſiſtendum. Spiritus hic mirabilis eſt coagulans aquam in duram cryſtallinam maſſam.

V. ♃ INDURATUM & RESPLENDENS: ℞. ♃ *opt.* ℥. xij. *Reguli* ♁*ij* ♂*lis* ℥. j. ♀ *rubr.* ʒ. ij. Fundantur ſimul; Vel ℞. ♀ *rubr.* ℥. iiij. ♁ *crud.* ℔. j. Fund. ſicut dictum & moris eſt pro *regulo* ♁ii ♂li; hujus *reguli* ℞. ℥. j. ♃ ℥. xij. Fund. ſimul & habebis ♃ ſplendentem inſtar ☽ti. Nec verò hic prætereundum *Emplaſtrum* efficaciſſimum ad *Hernias* ex *cineribus Stanni*, Germanicè Zinnäſchen/ & *Cute Anguillarum recent.* in lixivio ad gelatinam coctâ, addendo huic colaturæ cineres, ut Empl. fiat tenax, quod inducitur alutæ ovillæ priùs pauco *Terebinth.* inunctæ; portatúrque quàm diu manet, poſt renovatur; portatur commodius cum cingulo per trimeſtre; Obſervatúmque eſt nonnullos hoc Emplaſtro intra 2. vel 3. ſeptimanas fuiſſe curatos.

CAPUT

# CAPUT VII.

## *De Plumbo.*

QUICQUID, ſine adductâ ratione, exiſtimet *Poterius* ♄num à ♃ve toto genere differre, patebit nihilominus, magnam intercedere affinitatem inter ♃vem & ♄num, particuláſque conſtituentes multum inter ſe convenire, niſi quod in hocce laxiùs coierint, minúſque ſint excoctæ, ac ſuperficiem hinc obtinuerit ♄ magis aſperam; Ob mollitiem verò & levem coagulationem principiorum, maximè principii ☿rialis abundantiam, ♄ faciliùs funditur quovis metallo, quæ fuſibilitas promovetur maximè à ſpirituoſis particulis ♀cis ſubdulcibus in eo ſcatentibus, quarum ratione & penetrantiſſimum eſt ♄bum, ut quoque fulguris inſtar viam ſibi apertam acquirat; unde in ♌ne ♄ni cautè agendum eſſe monent Chymici, ob vim ♄ quam habet fulminantem, quam non ſaltem expertus eſt *Celeber. D. Michaëlis* ſed & alius mihi notus in Chymicis verſatiſſimus, qui, ut vim fulminantem deducit præfatus *D. Michaël* à ♒u ⦶tri, in ea eſt ſententiâ ♄ eſſe ⦶ à ♒u ♄ni concentratum, ex quo ulterius de frigiditate ♄ni ſtatuendum eſſet, quod ſtatuendum de qualitatibus ⦶tri, niſi fortè clariùs ejuſmodi effectus deducere quis velit à ☿riali poteſtate, ſtatueréque ♄ nil vix eſſe aliud quam ☿ium terreum remiſtum mineralibus acribus & ſemicoagulatum, idque experimento *Celeberr. & Excell. Wedelii*, Fautoris noſtri ſummi, qui ☿ium ♄ni verum ac genuinum ſeu miculas ☿rii vivi plures admodùm mobiles in unum coeuntes ex vaſe plumbeo atramentum aſſervante collègit, ceu de eâ re *Ann. I. Decad. II. Miſcell. Curioſ. p. m.* 383. In Chymicorum ore quoque verſatur ipſum *proprios filios devorare*, id quod intelligendum, quòd metalla in vaſe cineritio ſeu capella △ni impoſita ita devoret, ut nullum eorum extet veſtigium, exceptis ☉ & ☽â, nimirum ♒u ſuo ſubtiliſſimo, ita filios ex tempore in poris ſuis recipit, ibidémque illos examinationi & digeſtioni proponit, uſque dum proprios filios, arte Vulcani, tractu temporis eos, ſcilicet ſolos, qui in examine conſtantes proprio patri reſtiterunt, *evomere* iterum cogatur, fugatis cæteris infidis, cujus ratione regium ipſi nomen præmii loco decretum, de quo ulterius *le Mort in Metallurg. contract.* Ob ♒um verò alcalico-dulcem quo abundat non mirum eum acida omnia in dulcem redigere ſaporem, quæ dulcedo tamen forte innuit, ♄ habere aliquid temperiei commiſtum de 🜍re & ⊕lo, ceu aliàs Angli aliíque experiuntur, prægustato ⊕lo, Tabaci fumum ore acceptum dulceſcentem & planè mellitum exhibere ſaporem, ex particularum ⊖narum ponticarum in ⊕lo & 🜍rearum

Digitized by Google

🜍rearum ex Nicotiana combuſta exhalatarum commiſtione. Notandum autem *Plumbum purum* in fodinis minimè reperiri, ſed excoqui, ut ♃, ex *galena* ſeu *molybdenâ*, quæ eſt vena plumbi ſeu lapis plumbarius, qui juxta ☽ti venas, (velut etiam ſæpius galena communis eſt ☽to & ♄no) reperitur, eſtque plumbago hæc coloris nunc nigri, cærulei, flavi ac etiam colore jecoris; hodie verò in Germania, è vena plumbi plurimùm primâ concoctione ☽tum ſeparatur, plumbum dein in lapidem coagulatur, qui tandem rurſus coquitur & fit plumbum, de quo vid. *Agricola, Lohneiſen & Ercker.*

*Medicamenta* ex ♄no tam *interna* quàm *externa* habentur, omnia eò facientia ut particulæ acidæ & ⊖næ dulcificentur, mitigentur, ſaturentur, infringantur & corrigantur. Illa verò diſtinguere licebit in *Communia* & *Chymica*. *Communia* rurſus in *Simplicia* & *Compoſita*: *Simplicia* vocando v. gr. *Ceruſſam, Minium, Lithargyrium, plumbum uſtum* &c. *Compoſita* verò *Unguenta, Cerata, Emplaſtra ♄na. Chymica Balſamum ♄ni, Sal ♄ni, Oleum ♄ni* &c.

I. CERUSSA ex lamellis ♄ni vapore ✝ti elicita ⊖lia acria in ſuperficie corporis tumultum excitantia corroſiváque optimè domat, unde in exulcerationibus & doloribus proficuè adhibetur; Præter *Unguentum de Ceruſſâ* officinale notum ſiſto hîc *Emplaſtrum polychreſton* ſeu *mirabile Meibomii* in *Arthritide*, ad quod applicatum ferocia ſalia in halitus reſoluta accurrunt, inviſcantur & domantur: ℞. *Ol. olivar.* ℔. ij. ß. *Ceruſſæ, Minij ana* ℔. j. *Saponis Venet.* ℔. ß *F. Emplaſtrum.* Sic & ingreditur *Empl. nigrum Helmontii*; ℞. *Cera citr. Ol. oliv. ana* ℥. iij. *Reſin.* ℥. j. ß. *Ceruſſ.* ℥. ij Cera, reſ. & ol. diſſolv. & igne coq tunc add. ſenſim Ceruſſam, totúmque ad aliqualem nigredinem percoque. Hoc nuchæ impoſitum *oculorum affectibus* medetur, item *lienis tumori & dolori, nephritidi, lumbagini, mammarum tumoribus dolentibus, torminibus ventris poſt partum, clavis* item *pedum*, ut communicat *Excell. Joh. de Muralt in Miſcell. Curioſ.* quæ annuatim ditare dignatur.

II. MINIUM è ♄ ignis operatione reverberatoria acidóque ejus ſe in poros ejus inſinuante, ponderoſiúſque reddente reſultans, ex vi ♄nâ balſamicâ in Ulceribus baſin præbet *Emplaſtri Norimbergenſis* notiſſimi: ℞. *Pulv. minij* ℥. vj. *Ol rosac.* ℥. xij. Coq. ſine ullius alterius rei additione ad conſiſt. Empl. & acquiret colorem caſtaneum, poſtmodum per agitationem parùm refrigerato adde *Camphor.* in pauxillo *ol. roſac.* in mortario ſol. ℥. ß. poſt effundatur in ſcatulas. Auctorem hujus Ehrnſingerum haud fuiſſe nulli perſuadere vult *Excell. Helianthus Ann. IX & X Decad. I. Miſcell. Curioſ.* ſed *Galenum*, ut *Weckerus* in *Antidotario* ſub titulo *Oxylæi docuit.*

III. LITHARGYRIUM poſt ☉ vel ☽ti purificationem per ♄ in teſtâ probatoria fuſci pulveris calciſve formâ collectum, *Balſamum ♄ni* exhibet plurimos ad uſus præſtantiſſimum, quovis pretio redimendum; ℞. *Lithar-*

*gyr.*

Digitized by Google

*gyr.* ⊙*ri ſubtiliſſ. pulveriſ. q.v.* Affund. ✱ q. plac. vel ad emin. ʒ. vel 4. digitor. tranſverſ. ſtent in digeſtione, vel coquantur leviter donec ✛ in dulcedinem ſaccharinam converſum fuerit; filtretur ſolutio & in patina ſtannea evaporetur ad ſyrupi tenuioris conſiſtentiam; affund. aqua pluvia & lacteſcet ſolutio, filtrato & evaporato ut prius, illúdque repetito donec balſamum hocce omni ſuo auſtero & terreſtri ſpoliatum ſit; per evaporationes enim frequentes ✛ cum plumbo digeſtum penitus ſua ſpicula acida deponit; filtrationibus verò repetitis omne terreſtre plumbi perit, unde emergit *Balſamum præſtans* potenter *Inflammationibus* reſiſtens, ejúsque *dolores mitigans*, ſi cum *Ol. comm.* vel *roſac.* in mortario plumbeo in formam *Unguenti nutriti* teratur: adſtringit potenter abſque corroſivo, unde in *Fiſtulis & poris lacrymalibus* continuò fluentibus & ſtillantibus arcanum eſt inſigne cum ▽*â roſ.* vel *Lacte tepido* adhibitum. Ex eodem quoque ✛ Lithargyrii fit egregium medicamentum hocce, quo *Wormius Aneuriſma* nucis juglandis magnitudine poſt malam V.S. cum ſymptomatibus aliis curavit. ℞. ✛ *litharg.* ℥. iv. *Croci* ♂ *obſtruct. Fulig. ahenar.* (quam *Severinus* aliàs inſigniter comendat) *ana* ʒ. ij. *Succi acaciar. imatur.* ℥. ß. His invicem calefactis & ſpongiolâ exceptis aneuriſma arctiſſimè ligetur & brevi curabitur.

IV. Plumbum Ustum ſtratificatione bractearum & ♀ris paratum egregium eſt ad mortificandum acidum ferox *Ulcerum malignorum*, præprimis in *Cancroſis affectibus* cum *Ung. diapompbol.* ceu aliàs *plumbi crudi* lamina & *pulvis* tenuiſſimus modo *Ferneliano Oper. Med. p. m.* 450. maceratione nimirum in ☿ *acerr.* & contritione in mortario, tantopere laudantur, expertus enim eſt *Fernelius* pulverem plumbi ſic paratum inſperſum *malignis ulceribus* illa blandè citra ullum doloris ſenſum corrigere, expurgare & ad cicatricem perducere, imò ad multò majora vim ejus eſſe ſingularem & eximiam; ceu hoc confirmat obſervatio in *Miſcell. Curioſ. Ann. IV.* quâ laminæ plumbeæ duæ alternatim cancroſis mammis impoſitæ duorum menſium ſpatio ita fuerunt eroſæ & in medio in albicantem redactæ pulverem, haud ſecus ac alias ope ✛ calinatio plumbi inſtituitur, tam acidum & 🜔le eſt fermentum ♋ ſum, & inſtar ▽ corroſivum.

V. Crystalli Mineræ ♄ni elegantes à *Celeberr. D. Michaële* ex *minera* ♄*ni Fribergenſium*, affuſione ✱ digeſtione & abſtractione parati, quorum *uſum* egregium in *Coll. Chym.* deprædicat in *affectibus cephalicis, Epilepſiâ, melancholiâ hypochondriacâ*; addidit illos *purgantibus ad gr.* iv. vel v. ℞. *Jalap. ppt.* ℈. j. *Scammon.* ♀ *gr.* vj. *Cryſtall. miner.* ♄*ni gr.* iv. Ms. qualiter ſpiritus maligni optimè præcipitantur.

VI. Saccharum ſeu ⊖ ♄ni calcinatione immerſivâ ✱ modo notiſſimo paratum abſorbens, ſaturans ſingulare eſt remedium, intus & extus

 effer-

effervеſcentiam ⊖-lium heterogeneorum domans, acréque irritans dulcificans. In *Phthiſi* eleganter id maritatur *Antihect. Pot.* v. g ℞. *Antihect. Poter.* ℈. j *Sacchar.* ♄. ℈ ß. *Extr. croci gr.* vij. *Eſſent opij Langell. gr* iv. *Balſ. Peruv.* q. ſ. M. f *Pil* num. xxiv. pro 2. doſ. ante cœnam ſumendis, ſic enim egregiè *tuſſim nocturnam* aliáque ſymptomata, maximè *ſudorem nocturnum* compeſcent. In *Eryſipelate* optimè ſolvitur in *in aq. ſperm. ranar.* linteúmque intinctum vel tepidè admovetur humidum, vel ſiccatum prius decenter, vel ejus ʒ. ij. *Rob. ſambuci* ℥. ij miſcentur & corio ſuperinducta imponuntur. In *Dyſenteriâ* ſummè quoque prodeſt ob ſaporem quem exhibet Oſum & adſtrictorium. Ex ⊖le hoc ♄*ni* habetur

α *Balſamus* ♄*ni* rubeus elegans, ſi cum *Oleo terebinthinæ* decenter digeratur & agitetur, ubi tamen parùm de ⊖le ♄ni, ut ponderatione conſtat, ſolvitur. *Uſus* ejus in *Phthiſi, Empyemate, Vomicâ pulmonum*, aliíſque *ulceribus internis* ut & *externis*, creditúrque is temperatior balſamo ♀ris.

β *Tinctura antiphthiſica* elegantiſſima & efficaciſſima ex ⊖le ♄ni prædicto ita fit: ℞. *Sacchari* ♄*ni* ℥. iij. vel iv. ⊕*li* ♂*tis* ℥. j. 🜈 ℥. iv. ſtent per dies aliquot & emerget ℞ elegans, cujus *vires* ſunt, ſerum refrænare & leni adſtrictione difflationem ejusdem quæ fit per ſudores inhibere; quo fine in tota Medicina vix ſimile inveniri poteſt elegantiúsque remedium in *Hecticâ* & *Phthiſi*, item *Hæmoptyſi* ad pulmones conſolidandos, item in *Ulceribus Renum*, ceu quoque *Hæmatites naturalis* ad *ulcera* egregiè valet, ac *artificialis* etiam habetur ſi illa duo ⊖ ♄*ni* & ⊕*lum* ♂*tis* per retortam deſtillentur. Vid. Excell. Dn. D. *Theod. Zvvingeri* Neues Artzneybuch *in Append.*

VII OLEUM ♄NI *Agricola* in *Comment. ſuper Poppium* parare docet è *Sacchar*o ♄*ni* in 🜈 per 14. dies digeſto & poſt deſtillato, △ne gradatim adhibito, uſque dum *Oleum flavum* prodierit ſummè fragrans & dulce, *rubrum* verò parare docet *Fel. Würtzius* ex *cerußâ* cum *triplo* ✠*-bus deſtillati* coctâ, hinc per ☍ ʃ\do. Uſus o°o ♄*ni* eſt in *ulceribus corroſivis, inflammationibus*, præſertim *oculorum* & eorum *exulcerationibus*, (vid. *Fel. Würtzii Chirurgia* à nobis reviſa, correcta & aucta) *vulneribus* item deſperatiſſimis ac *ambuſtis*, ceu obſervationibus hoc confirmatur ab *Agricola Tr. de* ♄*no*; verùm quia à 🜈 reſuſcitato maximè hæ virtutes emergunt compendioſiùs erit ejus loco *ſolutionem* v. g. *lithargyrij* in ✠ ad melleam conſiſtentiam exhalatam adhibere, qualis pro externo uſu in *Oleum, Linimentum*, *Epithema* commodè adhiberi poterit, prout & lumbis cum *Ol. ſcorpion. lilior. alb.* inunctum egregium eſt, item cum *Ol.* ♀. in *Impetiginibus*, *Lichenibus*, *ulceribus inveteratis*. In *inflammatione* & *rubedine oculorum* cum *aq. roſar. ſperm. ranar. chelid.* &c. imò ſimplici oleo commixtum præſtat ea quæ *Ung. de ceruſſa, minio, lithargyrio* &c.

CAPUT

Digitized by Google

# CAPUT VIII.

## *De Metallorum Affinibus & primò de* MERCURIO.

EX metallicis corporibus quia quædam non ductilia aut malleabilia ſunt, ſed fluida, frangibilia, friabilia potiùs, ac nihilominus ex iis veri metallici quid haberi & elici poteſt, materiam metallorum præbent, & ad eorum latera collocata dicuntur, fit, ut non Metalla propriè dicantur, ſed pro *Metallorum affinibus*, aut *ſpuriis metallis* ſaltem habeantur, qualia ſunt *Argentum vivum*, *Antimonium &c.*

ARGENTUM VIVUM ſeu ☿rius ſummè verſatilis, in miraculis naturæ habitus, multorum hactenus torſit & eluſit ingenia, *Aqua is eſt manus haud madefaciens*, nihil in ſe admittens niſi metallicum, maximè verò ☉, cui amiciſſimus eſt, quodque fulguris inſtar arripit, hinc ♄, ♃, ☽am, ægerrimè ♀ & ♂; unde quantum concipere licet, videtur is eſſe fluor æthereus △lis aſtralis naturæ, non niſi ſpecificis particulis metallicis ſaturatus: Certè materiam mundi ſubtiliſſimam, effluviáque ætherea fluidiſſimam activitatem ſuam præprimis in ☿rio patefacere, confluxúmque & copulam in hoc ſubjecto præ aliis innuere, genius ☿rialis abundè confirmare videtur, docuit enim Philoſophia experimentalis, ☿rium communem igne fortiter in debitis vaſis tractatum, miram aquæ cujuſdam inſipidæ elargiri copiam, ſemper tamen priori ☿rii vivi pondere ſalvo manente, teſte *Boyle in Chymiſt. ſcept.* & *Agricol. in Popprum*, nimirum ex harmonia mundi & magnetiſmo univerſi particulæ æthereæ copioſè in ☿rio jam exiſtentes, ignis motu magis etiam commoventur, ut poris amplioribus multo hinc redditis, in matricem hanc aqueam novus æther intrare liberius poſſit. Taliter namque & *☿ius metallorum* habetur, ope ⊖lium invicem conflictantium, unde materia ætherea fluidiſſima particulas metallicas arripit, & in ſe rotare facit; hinc nempe ulterius, ſi *avicula* hæcce *Hermetis* decenter capiatur, habetur *Phoſphorus* ille mirabilis, materia nimirum in tenebris ſplendens dum aut ⌒us 🜖tri ſecundùm *Kirchmayerum* vel ▽F ſecundum *Balduinum* vel ⊡ pueri *ſecundùm Kunckelium* quæ ſummè △lia ſunt & de æthereo mundi ſpiritu participant, vel moleculis metallicis incorporantur, vel etiam Ꝗnis ut Cretæ candefactæ aut Arenæ craſſæ, adeo ut ſufficienter collectæ particulæ æthereæ & lucidæ, ſplendorem de ſe ſpargere poſſint. *Theatrum Chymicum* de ☿io ex fundamento qualitatum primarum judicat eum oriri ex aqua viſcoſa cujus partes à terreis particulis ſubtiliſſimis ita modificatæ & iis per minima commixtæ ſunt, ut hæ non permittant

humidum illud alteri adhærere quam ſibi, neque in toto diffluere inſtar aquæ, ſed quaſi per globulos conſtare, nimirum quòd humidum particulas terreas ſubtiles puriſſimas ita diſponat & ut fluant, currant in ſuperficie planâ, defendantúrque ab ignis conſumptione, qui ea aut unà avolare facit aut ut remaneant in eo conſtanter; aſt dum ſic ☿ ex globulis ſuper centrum ſuum, in quo fixitas ejus videtur eſſe, revolvitur, *fluiditas* ejus ſumma obſcura tam eſſe haud poterit, reſultat enim fluor hic è duobus, ſpiritu nimirum æthereo ſummè agili & penetrante & partibus metallicis eo emollitis, ſolutis & fluxilibus redditis, quæ quia læves ſunt & lubricæ, neutiquam poſſunt inter ſe compingi, ac etiam craſſiores quàm particulæ aquæ, vix tranſitum præbere poſſunt luci ſeu globulis cœleſtibus, eorúmque preſſuræ ſeu materiæ ſecundi elementi Carteſii, (quo fit ut vitrorum ſeu ſpeculorum tergo obducatur) ſed ſolùm materiæ ſubtiliſſimæ ſeu materiæ primi elementi; unde proporrò aliæ ejus qualitates deduci poterunt. quare nimirum ☿ *diaphanus haud* ſit, ſed tamen *ſummè frigidus* ad attactum, abeſt nimirum materia ſecundi elementi, primi verò inter globulos ejus activitas & dominium, unà cum inæqualitate, quæ inter partes ejus & aëris aliorúmque corporum partes intercedit, facit ut guttulæ ejus menſæ impoſitæ ſphæricam magis affectent figuram, prout aliàs guttæ aquæ, quæ taliter in globulos convertuntur dum pulveri admoventur, quia nimirum pulvis aquam non exactè tangit ob poros majuſculos in eo latentes, adeo ut aër intra poros illos aquam adhuc contingat, ſuâque preſſione fluidâ rotundam conſervet, ceu contrà fit quando gutta guttam & ☿ius ☿ium exactè tangunt, ut nullus intercedat aër, unde aguntur ab ambiente aëre in orbem. Dum verò miros ejus in morbis edomandis effectus, operationésque chymicas circa illum inſtitutas conſideramus, ♎um quem in eo copioſè reperiri diximus, non niſi ♌cum amaricantem ſubtiliſſimum pronuntiare poſſumus, inde enim fit ut ejus ratione à quibusvis corrodatur acidis & cum iis in tertium ⊖ſum abeat, ut in ☿to *corroſivo & dulci* patet; adeo ut ratione ſubſtantiæ materialis potentiſſimus ſit, ad domanda ♉ oa maximè acria ∇iora, quæ promptè abſorbet & imbibit, ut poſt M. S. nitidior, fluidior, in conſiſtentia debita correctior obſervetur, ceu videre eſt in *Ulceribus manantibus* quibus applicatus ☿ ſalivationem movet, unde ægri melius ſe habent, *pusque melius coctum*, ut loqui ſolent Chirurgi, ideſt, acrimoniâ liberatum effluit. Huic minerali Antiquitas ingenioſè *ſerpentes caduceo convolutos*, ob lubricitatem ac pandos & repandos undarum flexus adſcripſit, nec etiam immeritò in Hieroglyphicis ☿ *alis* ad pedes & caput exornatus adumbratus, in illa nimirum globulorum mobilitate quamvis frigidus externè appareat, potentiâ tamen intrinſecè Viperæ ad inſtar, quam Hermes τὸ πυρωδέστατον τῶν ζώων acutè nominavit, calidiſſimus exiſtit;

Digitized by Google

exiſtit; dum verò *velociſſimus* indigitatur *Deorum*, id eſt, metallorum, *nuntius* ille proclamatur, eſt, *ſervúsque fugitivus* dictus, cui ſi alæ rectè præcidantur mitior evadit juvenis & magis quietus, ita ut facillimè poſtea ſemper bonus nuntius fiat & Deorum ſecreta revelet, unde & dictum: *Eſt in Mercurio, quidquid quærunt ſapientes*, dum ſcilicet ex viſcoſitate ejus ſubſtantiæ ſubtili terreæ albæ contemperatâ & coagulatâ ☉ progignitur, non ſecus ac ſero ſanguinis viſcidiuſculo gelatinoſo in animalibus Caro, idque poſt multifarias digeſtiones. *Ex hoc utiq*, ait Geber, *maximum elicias ſecretum. eſt enim, metallum apertum, hinc amicabilis & metallis placabilis & medium conjungendi tincturas, & non ſubmergitur aliquod metallorum in ☿rio niſi* ☉, qui & nec immeritò diverſas in ☿rio partes fecéſq ſupervacuas deprehendit, *terream & aqueam*, unde optima *☿rii proba*, præter illam, quæ fit per corium vel retortam ſecundùm *Borrichium Actor Hafn. Vol. I. Obſerv.* 67. *p. m.* 147. eſt per injectionem grani ☿rii ſuper carbones incandeſcentes, ubi ſi quietè fumando recedat totus ☿, germanus erit, ſi carboni inſtrepet & crebris ſaltibus fugam moliatur, ſpurius cenſendus erit; Vid. & infra *§.* II. Cœterùm *Argentum vivum duplex* habetur *nativum* ſcilicet & *artificiale*: *Nativum* in 🜃æ ſpeciebus, maximæ ubi venæ ☽ti & ♄ ſunt, intra metalla item in lacubus, in quos è fibris effluxit reperitur, ſui coloris, ſine excoctione: Sic in Helvetiâ referente Clariſſ. & Excell. *Wagnero*, ad oppidum Thunum & in Comitatu Novocaſtrenſi per ſe ſeparatus invenitur, ac ſecundùm *Thurneiſerum* inſuper ad pagum *Pipp* ditionis Bernenſis in prato quodam ſalicibus conſito. *Artificiale* fit ſeu coquitur ex vena minii ſeu 🜓 nativâ copioſè, ex qua per 🝭 facilè habetur, aliàs verò ſec. *Kircherum Mund. ſubterran. Lib X. Cap. VIII. p.* 230. ita: Vena hydragyri ferax probè tuſa in ollam conjicitur, hoc peracto vi △is à ſua minera ☿ quaſi divortium facit ſeparatúmque in ſublime elatum ubi denſiori ſolidiorique corpori occurrerit, aurámque frigidiorem ſenſerit, illico naturæ ſuæ priſtinæ reſtitutum deſtillat deorſúmque ruit, ac reſeratâ olla extrahitur; hoc verò ex aliis mineris ejus ♀reis ac etiam lapideis faciliùs obtinetur, ſi addatur quodcunque aliud 🜃ſtre corpus ♌cum, eodem enim modo ſe cum eo habet ac cum ⊖bus △libus, quorum ad inſtar, dum compedibus velut alligatur & quaſi figitur ♉dis addito ▽ori aliquo corpore, cui ſe inſinuare & arctius adhærere poſſit, facilè particulas velociores derelinquit, quæ mediocri poſtea calore propulſæ ſui juris fiunt. Reperitur & quandoque p. n. in Plantis, imò ob vim penetrandi ſummam in corpore humano, ſanguine ejus, imò in cerebrum uſque ipſum ſublimari poſſe Obſervationes docent; An verò ſemper hoc contingat, dubium, cujus occaſione Lectori Obſervationem notatu dignam hîc ſiſtere poſſem, niſi alio in loco illam communicandi ſperarem occaſionem.

USUM ☿ quod ſpectat *Medicum* ( mechanicus enim peramplus quoque eſt, ceu eo Aurifabri ad vaſa deauranda, & ☉ ab ☽to ſeparandum, confectionem item ſpeculorum, aliáque utuntur) variis is deſtinatur, variáſque operationes de ſe edit, prout nimirum vario modo & artificio ejus alæ præcipuè abſcinduntur cultris vel acutioribus vel obtuſioribus, imò is non ſaltem innuit Medicamentorum facultates à configuratione particularum ſuarum & motu quem iis ſolutis materia ſubtilis imprimit (ut eleganter de hiſce Viri Accuratiſſ. *Wepferus de Cicut. Aquat.* & *Peyerus Diſſert. inaugur. de Valet. human* ) dependere, dum variè præparatus nunc ſalivam nunc ſudores, nunc vomitus & ſeceſſus movet, ſed & anſam ſuppeditat Medicamenta reliqua v.g Vegetabilia explorandi, an enim planta quædam vulneraria ſit & 🜔le Ωli ſcateat, ☿rius palefacit 🜔bus ♉dis præparatus, quæ dum Ωco vegetabilium ſali occurrunt, ☿ium derelinquentes, ipſum reviviſcere faciunt, ſaliſq; Ωci præſentiam arguunt. Cœterum comodè diſtinxit *Ettmüllerus* in *Chymia ☿rialia præparata* in *ſicca* eáque vel 🝞ta vel 🝟ta & *fluida* per *deliquium* vel etiam per *reſolutionem*. Nos ſeq. ex ☿rio delibamus *Remedia.*

I. ☿IUS VIVUS CRUDUS vermes ſi quid aliud necat, inſectorúmque hoſtis, vel ſimplici aurâ, eſt infenſiſſimus, mox teneram eorum compagem diſſolvens aut actuali frigiditate motum in iis ſiſtens, hinc intus ad *Lumbricos ſaccharo obvolutus* vel ejus *Decoctum vel Infuſum* pueris exhibetur, Zonis, (ut eſt *cingulum ſapientiæ* Rulandi ) Sagis militaribus Induſiiſque inditur ad pediculos & ſcabiem abigendam. Quatenus ♉dum morbificum luis ♀reæ corrigit, non ſaltem extus *Unguentis*, qualia hinc inde proſtant, ſed & intus crudè aliis permixtus, abſque ſcrupulo datur; Sic namque præſtantiſſimæ ſunt *Pilulæ Venereæ Dn. Moulini* in Angliâ ſequentes: ☿ *vivi* ℥. ij. *Terebinth. ven.* ℥. iij. in mortar. ſ. a. extinct. adde *Aloës opt. Diagrid. Colocynth. ana* ℥. ij. *Ol. caryophyll.* ʒ.j. *Syr. de ſpina cervin. q. ſ.* f. M. P. Sic & ob gravitatem ſuam ſæpius inſigni cum emolumento *Ileoſis* & duriter conſtipatis exhibitus ad inſignem etiam quantitatem.

II. ☿RIUS FINISATUS, aſtralis, depuratus à 🜍re impuro egregia in morbis præſtat, citráque ſalivationem non ſaltem is ſed & ex ea parata ☿rialia operantur: paratur autem ſic *dupliciter* ab Excellentiſſ. Celeberr. *D. D. Joh. Bohnio* Profeſſ. Lipſ. acutiſſ. in *Diſput. de Variolis, §. 31. primò*, præſtò ſit 🝭 🜃rea tubulata, cui adaptandæ aliæ duæ firmiter, his convenienti impoſitis furno oblongo excandefactiſque probè, injiciatur debitâ in quantitate ☿ vivus, prolabens agitatus 🜂ne fumi ſub forma in vas recipiens appoſitum: finitâ operatione eximendus eſt ☿ & per corium pro ſeparatione 🜍ris impuri copioſè undique vaſi adhærentis traijciendus; hic labor 2. 3. 4. ad lubitum reiterandus, prout nimirum magis vel minus finiſatum eſſentificatúmque ☿ium volumus: *Aliâ viâ* ita proceditur, nimirum cum 🜔*le* *comm.*

Digitized by Google

hominum vitam verſant, *Eſt, Non*, tanquam ſerram quandam inter ſe invicem correſpondentes,) pura ſc. ⊖is & ♁ris ♄ii ſubſtantia, paratur nimirum *ſimplici butyri ♄ii ▽â font.* ≂*tione*, unde & non mirum quòd tantas turbas excitet ac etiam poſt mortem ſedes adhuc moviſſe ipſum obſervatum ſit; mitigatur tamen multùm calcinatione & evaporatione, ut & cum ⊖*le gemmæ*, fricatione, quo pacto tum ♄ *per inferiora purgans* audit.

VI. Clyssus ♄ii ♁ratus & ♀reus: *Ille* conſtat ex ⦶ & ♄*ii* ℔. j. ♁*ris* ℥. iij. benemiſcendo & ſ. a. ∫do in vas recipiens ℔. j. ▽*æ font. Vires* ejus ſunt refrigerare ſitim, ſedare & acidulas artificiales præbere, alvum laxare, æſtuans hepar attemperare & per ☐am ⊖lia heterogenea præcipitare; *Doſis gut.* xx, xxv. in *potu* vel *tinct. violar.* ex ⊙ parari poteſt ♄ium diaph. *Hic* verò præparatur ex ⦶*tri*, ♀*ri*, & ♄*ii ana* modo ſimili, citra tamen ▽æ in vas recipiens injectionem; nephriticus hic eſt, flatus diſcutiens & ſanguinem mundificans in *ſcabie. Doſis* ut prioris; ex ⊙ parari poteſt crocus metallorum.

VII. Panacæa ♄ii, ſeu ♁ ♄*ii* ♈*um* heroicum eſt medicamentum, cujus præparatio hæc eſt: ℞. ⦶ pulvere carbonum detonati & per 2. horas igne forti calcinati, ſolvatur in ▽, filtretur & exhaletur ad ſiccitatem, igniatur ampliùs per 2. vel 3. horas uſque dum vireſcat: ℞. *hujus* ⦶ *p*. ij. ♄ *pulveriſ. p*. j. ſiccetur & igni apponatur per 2. horas, dein effunde maſſam in ▽ comunem, & hæc extrahet 𝕽 de ♄io, ſtent per noctem & poſtridie reperies 𝕽am in fundo, decanta liquorem & ſicca pulverem. *Doſis* hujus *Panacææ* eſt à ℈. ß. *ad* ℈. j. quæ leniter purgat; Ulterius ℞. hujus Panaceæ ℥. j. *Reguli* ♄*ii* ℥. j. -∩- ⊕*li* vel ♁ *rectif*. ℥. iij. Diger. in fimo equin. in retort. parv. per 8. dies, deſtilla & affunde dictos -∩-us rurſus ſuper reſtitantes feces tribus vicibus, dein 4. ignis gradu pelle maſſam per 12. horas, & erit tuum ♄ium ♈um: frange retortam & confunde maſſam, reverbera eum per 2. horas in patina terrea, lavando poſtea in ▽a roſar. & ſiccando ſuper papyr. gryſ. & erit abſoluta operatio. ℞. hujus materiæ, *Magiſter. Corallor*. (vel *Corall. præparat*.) *ana part. æqual. Doſis à gr*. xv. *ad* xx. *Uſus* in *hydrope*, (maximè & *matricis*, præſente ingravidatione) *tabe, paralyſi, peſte & obſtructionibus*, item in ſanguine mundificando per ſudorem, affectibus item pulmonum, *phthiſi*, internis *apoſtematis* &c.

VIII. 𝕽ra ♄ii, univerſale ſanguinis, cui 𝕽 ram priſtinam largitur, mundificans *ſecundùm Dan. Ludovicum* ſequens pro verâ habetur, ceu quæ *verum Lili Paracelſi* præbeat, quæ nimirum per extractionem cum -∩-*u* ⊖*is* ♀*ri* vel cum -∩-*u* ♀*ri* ſubtiliori: quæ ſi ♉da majoris ♈tionis ergo deſideretur, elegans mox habetur ſi cum ✠ *deſtill. forti* (Baſilius & Kerckringius volunt ✠ ex minera ♄ii ∫tum, alii -∩-um ⊕li philoſophicum, ali ✠ acerrimum ſeu menſtruum ex *cryſtall*. ♀ *p*. ij. & ♁ *mineralis p*. j. prole-

ctum)

ctum) aut cum ♁u ⊕nu ſimplici vel ♀ rato è croco metallorum aut ♀re ☉re primùm & hinc evaporata maſſa cum 🜄 denuo extrahatur, ad quem modum ſcilicet *Excell Fr. de le Boë Sylvius* ℞ ♄ii paravit: ℞. *Vitr.* ♄*ii hyacinthin.* ſine ulla addit. præparat. ſubtil. pulver. *q. ſ.* affund. ♁ ♀*ris* ad eminentiam aliquot digitorum, digerantur, donec ♁us ſanguineus evadat, hinc imoto vitro decanta rubeum liquorem & novum ♁ ♀ affunde, digere ut ante, idque toties, donec ampliùs ♁ non tingatur; conjunge tum tincturas & in 🝪 in vitream ♁um ♀ris ad ſiccitatem abſtrahe, relictum ſolve 🜄 rectificatiſſimo & tamdiu circula & digere donec in ſubſtantiam oleoſam abeat, in quem finem 🜄 ex parte abſtrahi poteſt, ſicque relinquitur oleoſa ſubſtantia ♄ii, quæ vera eſt eſſentia ♄ii. *Vires*, pro *Panacæa* habetur in depurando ſanguine, curat *cancrum, lepram, Luem* ♀, *Contracturas*, aliáque inſanabilia mala. *Doſ. gut.* ij. iij. v. *Willis de morb. convulſiv. Cap. VIII. p. m.* 80. effectum ſingularem hujus ℞æ ſe expertum teſtatur in nimio ⊡æ profluvio. *Khunrad de Igne magor. Philoſoph. in Append.* laudat inſuper, ut cœleſte remedium in Podagrâ, Apoplexiâ, hydrope, Epilepſiâ, febri hectica in ▽a viol in febribus, peſte, imò ad vitam longævam vere & autumno aliquot guttulis aſſumptam. Quod ſi verò magis colorata expetatur ℞a cum Croco ☉ conjungi poteſt: ℞. *Croci* ☉ *p.* j. ℞ ♄*ii p.* iij. *MS* ſimul in vaſe porcellano & leni △ne ad ſiccitatem evaporentur: *Doſis* hujus *pulveris gr.* ij. vel iv. *Crocus* verò ☉*is* ad hanc operationem ita paratur: ℞. ☉ *per* ♄ *purg. p.* j. ☿ *depur. p* vj. f. amalgama, cui commiſce ♀*ris duplum* totius; MS inter ſe & ſub tegulâ calcinantur, continuò agitando ad totalem ♀ & ☿ expulſionem, ſic habetur crocus ☉ à fecibus abluendus. Vid. *Baſilius Valent in Curru Triumph.* ♄*ii & van Suchten de Secret.* ♄*ii.* Huic affinis

IX. Quinta Essentia ♄ii ſeq ℞. *Flor.* ♄*ii* △ne reverberii ſummè fixatorum & rubeorum, ⊖*lis* ♓ *ci, ana q pl. MS.* & ♎*tur*, ſic enim portio florum adſcendit, portio in fundo remanet, quæ addito novo ♓co denuo ♎tur idque continuetur, donec maxima pars florum adſcenderit, affund. his ▽am pluv. & ab omni ſalſedine libera & exicca affund. dehinc menſtruum ex 🜄 & ♁ ⊡æ factum (alibi dictum) ſtent in digeſtione, uſque dum pulvis rubicundus ſit ſolutus, ♌tur leni ▽ne ex 🝪 & tranſibit 🜄, aucto verò △ne ſubſequitur *quinta* ♄ *eſſentia* inſtar olei rubicundi fragrantis odoris: hinc ℞. *Croci* ☉*lu* modò dicti *q pl.* affund. *quint. eſſent.* hanc ♄*ii* ad eminent 2. tranſverſ. digit. Stent in furno fixationis ſeu ∴ calid. uſque dum intimè ſe combinarint in *pulverem rubeum.* cujus *Doſis à gr.* j. *ad* iv. in renitentiſſimis morbis ad inſtar ☉ potabilis vel *lapidis* △ *Baſilii* virtutes exerens, quem ille alias nominat ℞am ♄ii ▽am & ſolidam, eſſentiam ſcilicet quandam puram, penetrativam, ſpiritualem & igneam,

K quæ

Digitized by Google

quæ in materiam coagulatam reducta ſit, Salamandræ ſimilem, quæ in △e non conſumitur, ſed purificatur & conſervatur.

X. BALSAMUS ♀RIS ♄II *Clariſſ. Maëtz* ita fit: ℞. ⊖is *mirabilis Glauberi q. v.* fundatur in Xbulo, eique ſucceſſivè adjicito particulas ♄ii inſtar piſorum, quouſque ⊖ ſufficienter ♄io imprægnetur, relinque ſuper △nem, donec frigeſcere & concreſcere incipiat, poſt exime & pulveriſa: affunde *Ol. ſuccini rectificat.* ad eminent. 2. digit. tranſverſ. Digere per noctem & manè ex ☊ vitr. ℌla: Sic verò ol. ſuccini ſecum rapit puriſſimam ♀ris ♄ii partem, paratúſque erit Balſamus virium excellentium, *externè & internè* uſurpandus in affectibus v, g. pulmonum ex acri & corroſivo ⊖le ortis, *Colicâ, paſſione hyſtericâ, obſtructionibus menſium* &c. *externè* verò potenter diſſolvit *tumores duros*, glandulas induratas, *partésque frigore exuſtas* reſtituit, minimé que cedit Balſamo ♄nii *Junckenii.*

XI. OLEUM ♄II excellens ita fit: ℞. ♄ii *Hungar. ſubtiliſſ. pulveriſat* in cochlear. ſuper △nem calcinat. & ſuper marmor triti, idque novies repetit. ⊖ *gemmæ ana* ℔. iij. *Silic. calcinat.* ℔. ij. pulveriſentur adhuc ſubtiliſſimè & indantur ☊tæ opt. lutat. adapt. recipiente, hinc per 18. horas △is leniter urgeatur, poſt fortius, tandem per 3. dies vehementiſſimè, & ſic prodibit *verum oleum* ♄*ii. Uſus* ejus metalla figere, & ♀re ∨o ∨ſſimos morbos eradicare; colore eſt ſanguineo. Aliud ₒ°ₒ ♄*ii vulnerarium ſequ* eſt: ℞. ♄ *Maſtich. Thur. Myrrh. ana* ℥. j. ∇ ℥. iij. f. infuſ. obturata putrefiant, ℌtur per alembicum forti △ne, primò adſcendit ∇ fœtidus, poſt gratiori odore oleum, vulnera incurabilia aliàs ſanans.

# CAPUT X.

## *De Cinnabari nativa & artificiali.*

CINNABARIS meritò poſt ☿ & ♄ conſiderari meretur, ceu tum nativa minera eſt ☿ii multum de ♀ ♄ ☉ri participans, tum factitia vel parergon eſt butyri ♄ii, ex ♄io & ☿to, Cinnabaris ♄ii dicta, vel ex ☿ & ♀ris comunis ⌒tione, Cinnabaris factitia vulgaris hinc appellata, habetur dum quidam primitus ☿ium in ☉rum mediante ♀re. (ex hypotheſi communi Metalla ex ♀re & ☿ conſtare) coagulare ſibi præſumeret. De triplici ergo hac ♁ri vel ob colorem elegantiſſimum purpureum rubicundum, in præſens agemus.

I. CINNABARIS NATIVA Germ. Bergginnober / aliàs Minium nativum, vel etiam, ut Vitruvio, anthrax (quia prunæ vena ſimilis eſt) dicta, è montibus Hungariæ, naturæ ☉ris præſtantiſſima habetur, ut è Carinthiâ.

thiâ, fodinis Miſnenſibus, ad Rhenum, item Eberborgi & Schonbachi in copiâ colligitur, imò & ex Indiâ allatam Mercatores hodie vendunt. Principia materialia ejus, ut innuimus, ☿ & 🜍 ſunt, ☿riales nimirum vapores & ramoſæ 🜍ris metallici moleculæ intimius ſibi combinatæ, quòd ſi enim ♌ia, limat. ♂, ♃ &c. ei addantur & deſtilletur, ☿rius vulgari purior ac præſtantior obtinetur, imò purior adhuc & limpidior hocce æthereóque colore fulgidior, ſi ei ulterius Regulus ♁ii ♂lis ſtellatus & ☽ limat. addantur, qui hinc merito *☿ius philoſophicus* appellari poteſt, dum ☉ & ☽ in primam ſui materiam revocare & ſpiritualia rurſus efficere poteſt, ſervatâ ſeminali virtute ac radicali humiditate: 🜍 verò monſtrari poteſt 🜔tione dum enim 🜓 in 🜄a font. coquitur, coctúmque filtratur, filtratúmque 🜔 perfunditur, 🜍 ſubtile in fundo ſe monſtrat, poſtea edulcorandum & exiccandum, adeo ut pateat plus adeſſe ☿ii quàm 🜍ris, 🜍 tamen hoc adeo potens eſſe ut particulis ſuis ramoſis ☿rium illaquare & de volubilitate ſua in corpus ſtabile revocare potuerit, an verò 🜓ris hæc ſaltem ſit ☉ à vaporibus terræ, longâ morâ paulatim recluſum ac reſolutum, △léque redditum, ut *Leurſen in Theatr. Chym. Prodrom. p.m.* 24. ſentit, judicandum relinquo aliis, nec forſan aberit *Beccherus*, qui in *Metallurg. p.* 1. ſe ſcire refert, quòd ☉ in terram ſigillatam naturalem antidotum præſtans transmutatum fuerit, quæ reduci nunquam potuerit. Cœterùm non ſpernendum monitum quod extat in *Barthol. Act. Hafn. Vol. I. p. m.* 77. melius ſcilicet eſſe ſublimatione impuritates arſenicales ex 🜓ri nativa ſeparare, 🜍 ſcilicet nigrum ardens, ex quo itidem ſublimato elicitur ☿ & 🜍 nigrius priore; hinc præter illa quæ de 🜓ri nativa ejúsque purificatione refert *Dan. Ludovicus Miſcell. Curioſ. Dec. I. Ann. VIII & IX. Obſerv. CLIV. p. m.* 337. *Excell. Wedelius* 🜓 nat. micis ſplendentibus conſpicuam, 🜃reis particulis tamen implicatam (lucidam enim ⊟linam ſolâ trituratione in alcohol redigi vult) ita depurandam & præparandam cenſet: ℞. ⊖lis q.v. ſoluto in 🜄a inſperge *pulverem* 🜓 agitentur ſpatulâ & decantetur in vas aliud, ut ſubſideat pars ſubtilior, hinc facta prius unâ alterâve repetitione, exiccandus & leniter adhuc terendus pulvis; notabile enim eſt, eodem quoque notante in *Pharmac. acroamat.* in hac cinnabari nativâ junctum eſſe aliquod ⊖ ⊕licum, inſtar ⊕li ♂tis, quòd pateat, ſi 🜓ri ♎tâ è 🜓 fiat elixiviatio.

II. CINNABARIS ANTIMONII, mineralis ♁ii corpus ſubrubrum ex ♁ crud. & ☿. ti *ana* ℔. j. ad tres quatuorve uncias, notante *Ludovico*, plerúmque gratis quaſi habetur in deſtillatione butyri ♁ii, citra 🜓 extremè non peruſti repetitas, ut *Agricola* voluit, cum novo ♎to deſtillationes, aliave quæſita hinc compendia, modò ignis ſaltem non ſit nimis intenſus, ſed ſub modificatione quadam (ne ſenſim concreſcere incipiens 🜓 diſijciatur, butyróque cum ☿rii granulis accedat) etiam citra ſuppreſſionem tan-

tummodo continuus. Sic namque ☿rius à ſpiculis ⊖nis qui clavorum i‑
ſtar eum à rotatione inhibuerunt, liber ſui juris cum 🜍re ♁ii connubiu
init in collo retortæ, ceu patet quod ſi lixivio incoquatur, hoc ſulphur ♁
arripiat, dimiſſo ad fundum ☿rio : 🜍 verò pòſt, ut Excell. *Wedel. in Miſce*
*Curioſ.* docet, ſenſim vel ſen‑ſimque ſponte etiam decidit, vel acidis præcipi‑
tur, haud ſecus ac de cinnabari nativâ modo diximus, adeo ut qualiter pr‑
cedit Natura in viſceribus 🜃æ in elaborandâ cinnabari nativa ſimiliter pr‑
ſtare hoc valeat artifex, ceu veritas adhuc magis patet, quod 🜓is ♁ii para‑
poſſit ex 🜍re ♁ii : ℞. 🜍 ♁ij *lixivio ſaponar. fact.* ℥. iij. ☿ ℥. iv. pulveriſa
& mixta in mortario lapideo cum ſpatula lignea indantur 🝭 anguſti‑
ris orificii, detúrque △is in principio levior hinc auctior, donec tande
omnia candeant, primò exit butyrum empyreumaticum, hinc ſe monſtra
🜓 antica parte colli 🝭tæ præcedente, ut ſolet, quaſi Iridis ſplendore ti‑
que colligentur cinnabaris fere ℥. j. cum ☿ viv. circiter tantundem, maſſæ ir
🝭tæ reſiduæ erit ℥. ß. ʒ. iij reliquum conceſſit in butyrum. Eſtque 🜓
elegantiſſima nullius rectificationis indiga. Adeo ut meritò *Excell. Wedeliu*
🜓 ♁ii vocet ☿ *dulcem, ſulphure ſeu TRâ ♁ii embryonatum.* De *Viribu*
*Cinnabaris* tum *nativæ*, tum ♁ii ex compoſitione earum facilè eſt judicare,
nimirum quod ob vim ☿rialem ſint reſolventes, particulas verò 🜍re ♁ii
vel ☉ri ∀tas tantùm non inſenſibiles & quibusvis ⊖nis ſine noxa admi‑
ſceri poſſint, unde accuratè *Dan. Ludovicus* ſentiit, Cinnabarim ♁ii nativæ
quidem eſſe poſtponendam, utramque tamen uſu præſtantiſſimam ac ☿ria‑
ſecuriſſimum, quæ *bezoardicum* ejus minerale ſupra cit. notabiliter exaltet,
adeò ut idem ſub debitâ proportione tinctum ſæpe pro ☉ri æſtimatum
fuerit: nimirum anodynum ſunt inſigne, egregium item nervinum, ar‑
thriticum, febrifugum, antiſcorbuticum: hinc, eodem *Ludovico* teſte, non
Epilepticis tantùm velut ſpecificum conducunt, ſed & hyſtericarum, ne
opiatis quidem placandarum, Colicorúmque tormina, Vertigines, vaga
arthritides, dentium aliarumve partium nervoſarum dolores, tremore
item, cutaneóſq; affectus complures, &c. *ſolitariè* vel *præcipitantibus* aliisque
ſpecificis ſociata evidenter leniunt & tollunt. Uſus hinc 🜓 jam *Crato* trium
Cæſarum Medicus, qui Cinnabarim nativam *Epilepſiæ magnetem* vocitavi
in *pulvere* illo *Epileptico* ſatis noto, *Epiſtol. Medic. Lib. VII. p. m* 593. ℞. *Cin‑*
*nabar. nativ. pellucidæ* in pulverem tenuiſſ. trit ℥. ß. *Corall. rubr. præparat.*
*Margarit. præparat. ana* ʒ. ij. *Croci orient.* ℈. j. *Fol. aur. num.* xv. vel *Auri dia‑*
*phoret. gr.* xv. *MS. f. pulv. ſubtil. Doſ. à gr.* vj. *ad.* ℈. j. in 🜄*â fl. til. pœon.* Ve
℞. *Cinnab. antim. rectif. gr.* v. *Succin. præparat. Cran. human. ppt. Smaragd.*
*ppt. ana gr.* vij. *Croci gr.* iij. *Ambr. griſ. gr.* j. *Laudan opt. gr.* ß. *MS.* pro doſi i
*Epileps. Convulſ. Tremore* & aliis nervinis affectibus. Sic & ingreditur *Lau‑*
*danum opiatum Dan. Ludovici*, quale ſequens eſt: ℞. *Extract. opii p.* ij. *croci*

*Cinna*

Digitized by Google

*Cinnabar. nativ. ana* ℈ j. *MS.* Taliter & fiunt *Pilulæ anodynæ hyſtericæ Scaphuſienſium* ℞. *Extr. opii Langel.* ʒ. j. *Extr. croci, caſtor. ana* ʒ. ß. *Cinnab. nativ. ppt Diaphoret.* ♃ *ſeu Antihect. Poter. ana* ʒ. iij. f. *Pilulæ pond. gr.* j. Medico Practico ſecum portandæ. Ut & *Pilulæ anodynæ fragrantes* eorundem. ℞. *Eſſent. opii Langel. Cinnabar.* ♁*ii pur. Unicorn. foſſil. ana* ʒ. iij. *ſang. dracon. ver. Extr. croci ana* ʒ. j. *Ambr. griſ. gr.* xvj. *Moſchi orient. gr.* viij. *Ol. deſt. cinamom. gut.* iv. f. *Pilul.* pond. gr. j. In *Nephritide* laudat hunc pulverem *Excell. Wedelius*, ℞. *Cinnab.* ♁*ii* ℈. j. *Ocul.* ♋, *ſperm ceti ana* ʒ. ß. ⊖ *ſuccin.* 🜂 *gr.* iv. *Laud. opiat. gr.* ß. pro 2. doſib. In *Gonorrhæâ virulentâ* item *lue* ♀*reâ* ipſâ & *Scabie* laudatur multum ſeq. ℞. *Cinnabar. antimon. Magiſt.* ♄*ni*, *ſuccini alb ppt. Diaphor.* ♂ *D. Ludov. Off. ſepiæ ana* ℈. j. *Laudan opiat. gr.* ij. *MS.* Ulterius ex ♁ fit *Pulvis cephalicus Wedelii* cum *pulvere bezoardico* ejuſdem, *pleuriticus* quoque ejuſdem cum *Ocul.* ♋, ♁ *diaphor. dente apri*, *Laud. op.* item *antiſcorbuticus* cum *Diaphor.* ♂ *D. Ludov. ana* cum *anodyno* (vid. infra *Sect. VI. Cap. II.*) item *hyſtericus ſimplex* cum *bezoardico* ♃*li mag. anodyno. q. ſ.*

*Præparata Cinnabarina* commendamus ſeq.

α *Arcanum* ♁ ♁*ii Dn. Maetz:* ℞. ♁ ♁*ii* vel ſi mavis ♁ *nativ.* hanc in pulverem ſubtilem terito & ollæ fictili committito, eique aq. pluviam ad eminent. 2. vel 3. digit. tranſverſor. affundito, Coq. ſimul, ita enim emerget in ſuperficie aquæ flos ſeu cremor deſcribens puriorem ♀ & ☿ optimè inter ſe ligati portionem quam cochleari argenteo ſucceſſivè auferto & leni △ exiccato, poſtmodum *ſ. a.* ſemel cum flamma *alcohol vini* figito, uti & diximus in ☿. diaphor. præparatione & habebitur *Arcanum* ♁ ♁*ii: Uſus* ejus laudabilis *in Epilepſia, febribus malignis, Variolis*, & in omni caſu ubi ſudore opus, maximè verò anodynum eſt inſigne in *doloribus arthriticis, ulceribus ſcorbuticis rodentibus*; datur commodiſſimè cum *cardiacis & ſudoriferis vegetabilibus*, nimirum *Theriacâ, Diaſcord. Conf. de hyacinth.* potentiſſimè verò operatur, ſi cum *Lilio Paracelſi* miſceatur, v. gr. ℞. *Lilii Paracelſ. gr.* xv. *Arcan. cinnab. nat. vel* ♁*ii gr.* v. *Diaſcord. Frac.* ʒ. j. ß. *Conf.* ♁ *hyacinth. alkerm. ana* ℈. ß. *MS.* f. *Bolus* in *aq. cord. meliſſ. borrag. menth. majoran.* vel ſimilb. ſumendus pro *Doſi.* Vel ℞. *Arcan. Cinnab. vel nat. gr.* x. *Magiſt. corallor. vel perlar. ana gr* viij. *Fol.* ☉ *num.* iij. *Conf. de hyacinth.* ʒ. ß. *MS.* pro doſi.

β *Cinnabaris fixata Excell. Clauderi*, de quâ ille in ſuis ad me datis literis ita: Cinnabaris meâ methodo fixata imò com̃uni modo exhibita Apoplecticis, aliiſque quomodo conducat, peculiari capite demonſtravi in *Tract. de Cinnab. fix.* ſcilicet operationem bonâ parte fieri per magnetiſmum aliquem, cùm in pluribus operatio ſuccedat citior quàm medicamenti virtus actualiter per ſanguinis circulum locum deſtinatum vel affectum tangere valeat; videmus ſimile in magna doſi opiatorum, vomitoriorum

violentorum, *Syncopes, convulſionésq;* excitantium, *venenorum* aſſumptorum &c. ſic Cinnabaris mea operatur archæum roborando, qui ſui muneris poſtea recordatur: experientiâ item mihi conſtat ſomnum neutiquam ſemper inſequi Cinnabarim meam, ſed prout Archæus hunc neceſſarium invenit, cùm ejus qualitas differat à ♃re anodyno opiatorum, hyoſcyami &c. In conſilio quodam Medico circa ☿rium in cerebro cujusdam Capitanei, idem *Celeberr DN. Clauderus* Medicus Ducalis Saxonicus, Fautor noſter honoratiſſimus cùm Cinnabarinorum ſuorum arcanè præparatorũ mentionem fecerit, bonâ ipſius cum veniâ verba ejus egregia hîc adducam. *Pro fundamento,* inter reliqua, ait, *hic propono* neminem inter Medicos modernos Chymico-Dogmaticos mihi contradicturum, præcipuum veneni ☿rialis antidotum conſiſtere in 🜓ri tam *nativâ* quàm 🜓*ii,* quod aliorum & propriâ experientiâ confirmare poſſum. Hoc ego aliquot ab hinc annis ventilans, præcipuè quod 🜓 nat. ſola lotione depurata, multùm præſtet concluſi illam chymicâ arte tractatam majores edituram fore effectus; Cùm autem juxta diverſos Chymiatros hæc nullis ferè obediat operationibus Chymicis ſine reſolutione ſuorum principiorum nocivâ, auſus ſum illam *circulare & hoc pluſquam annuo ſpatio per cautum continui ignis regimen, adcuratâ circulatione depuravi, exaltavi* & *fixiorem reddidi,* adeo ut magnum inde ſolatium hactenus meis ægrotis hauſerim. Mirum quantum enim reſiſtit adfectibus capitis & nervorum & qui his ſunt adfines, depurat ſanguinem, roborat calidum innatum, contra affectus malignos alexipharmacum eſt rarum, ſudoriferum & antifebrile magnum. Cum itaque & in hoc adfectu de Cinnabari hac longa circulatione exaltata, peculiarem mihi promittam efficaciam transmitto ejusdem ʒ. ß. *Doſis* ejus ſunt gr. iij. ne autem inhæreat denti cavo aut faucibus miſcere ſoleo *ſuccinum, unicornu foſſil. perlas præparatas,* &c. Singulis ſeptimanis duæ doſes tales ſumi poterunt tempore ſomni; ſi unâ alterave vice ſudor inde leni ſtimulo proliceretur, (cùm ſępè ad id inclinet hic pulv.) eò conducibilius foret. Ut Gener. Dom. Ægro magis magiſque ſatisfiat, ſuppetit alind adhuc arcanum itidem quidem 🜓 nativæ natales debens, aliam autem expertum præparationem: Mitto ejus ℈. j. (cùm copiâ ejuſdem deſtituar) qui nodulo ſericeo illigandus, eique ſuperfundatur in vaſe vitreo ℔. j. *Aq cereſol. fl. acac* &c. poſtquam per 24. horas ſaltem ita ſteterit mirabiliter aquam hanc imprægnat ſuâ virtute, eadem tamen ſibi ſimul ſemper remanente, ut 8. 10. vicibus alia aqua pro ſimili uſu poſſit ſuperfundi; poterit infuſi hujus quotidie cochleare unum ſumi vel manè, vel à meridie vel veſperi quandocunque lubuerit & quidem vel per ſe vel mixto vino. Medicamentum hoc peculiari planè modo calidum innatum ſpiritúsque cordis & cerebri roborat & renovat, ſanguinem depurat, ac in ſpecie cerebri ſymptomatibus opitulatur, poſtquam tamdiu fuerit uſurpatum, ceu di-

ctum,

Digitized by Google

ctum, aliâ præparatione renovare poſſum ejus qualitatem priore non ceſſaturam Hujus pulveris infundendi labor priore per circulationem illam longam facto multò eſt difficilior magiſque tædioſus. Remedium hocce prout naturam invenit diſpoſitam aut ſudorem aliquando movet, aut alvum fluidiorem reddit.

*γ. Spiritus Cinnabaris nativæ* paucis notus, à prælaudato Celeberr. *DN. Claudero die. 7. Jan: 1635.* mihi per literas communicatus: cujus præparatio hæc eſt: ℞. *Mineræ* ☿*rii opt. q. v.* ſuperfunde *♒um* ⊖*is*, qui extrahit ejus *eſſentiam rubicundiſſimam*, reiteretur affuſio, abſtrahe, abſtractionibus conjunctis affunde 🜅, in quo ⊖*is* ♀*ri* aliquid ſolutum, abſtrahe etiam & mutato recipiente deſtilla igne fortiori, & prodibit ſpiritus fragrans ac ſuavis; hunc rectifices. Penetrat omnia membra, ad tales affectus, ubi aliàs Cinnabarina valent, v. g. nervinos, ♀reosque egregius.

III. CINNABARIS ARTIFICIALIS COMMUNIS ex ♎tione ☿ part. ij. cum 🜍 *comm.* p. j. habetur, quatenus ☿ particulis ramoſis 🜍ris intricatur & ♉dum ob 🜍 præſens, ſeu tum ſulphuri proprium ſit ſeu extrinſecus ab aëre accedat, eum ligat, ut fiat corpus extus nigrum, intus rutilantiſſimum, intento velut digito, qualiter hic artifex (quorum primus *Pico Mirandulâ* ſcribente fuit quidam Bulcaſis Arabs) procedit, taliter etiam procedere naturam in gremio telluris in 🜓 nativâ, ut diximus: hinc namque dum ☿ius qui ♌li eſt potentiſſimum, ab ♉do 🜍 velut compedibus novo ♌li v. g. *limat.* ♂ liberatur, in priſtinâ forma viva ſe ſiſtit, corroſo inſimul in crocum ♂te, ab ♉do 🜓 teſte *Febure in Chymia* Notandum verò pulverem 🜓is vulgaris plerumque adulterari & mixtum eſſe cum ceruſsâ plumbi, quo gratior emergat color, antequam vendatur à Materialiſtis, notante *le Mort*: *Uſus* ejus tum *pictorius* eſt tum etiam *Medicus* minus tamen ad *uſum internum*, nî, ut *Excell. Wedelius Pharmat. acroamat. Lib. II. Sect. III. Cap. 3. p. 325.* docet, ex floribus 🜍ris & ☿rio rectificato fiat, hinc magis hujus *Cinnabaris* uſus eſt in *inunctionibus* & *ſuffitibus* in *Lue* ♀*reâ, Scabie* &c. ceu & ipſa 🜓ris ♁ii quoque inde pro ſuffitu in *Podagrâ* adhibetur; ℞. *Sem. aneth. hyoſcyam. ana* ʒ. ß. 🜓 ♁*ii* ℈. j. *MS.* f. *Pulv.* carbonibus ſuperinijciendus. Præparatum ex 🜓 commun. fit ſeq. *Diaphoreticum*; ℞. 🜓 *comm: pulv:* ℥. j. ⊖ *uſti* ʒ. ij. *MS.* pulveriſ. & in alembico ſuperaffund. ♒ 🜍 ℥. iij. Digerantur per octiduum in arena evapor. & calcinetur in Xbulo, manebitq; pulvis albicans niveus, virium ferè earundem quarum ſupra ☿ius diaph. ex *Digbæo*: ex quo inſuper colligere eſt colorem 🜓norum ſuperficialem ſaltem eſſe & à textura ſaltem particularum ☿lium immutatâ oriri, ceu & alias quoque 🜓ris ♁ii ⊖li ♓ co commixta & ♎ta flores ſaltem albos præbet, ſecus ac hoc aliàs ex ♁io ruborem elicit.

):o:(

CAPUT

# CAPUT XI.

## *De Biſmutho, Auripigmento, Arſeni.o, Cadmiâ, Sandarachâ & Zinco.*

PROUT de Antimonio capite antecedenti diximus, laxam ejus eſſe compoſitionem, principiáque ejus minus arctè ſibi invicem combinata eſſe, idquoque de hiſce metallicis parvis corporibus aſſerere poſſumus, ceu quæ citò nimis à particulatum viſcotarum ſimul cum halitibus arſenicalibus (von dem Bergſchwaden ☿dis congreſſu reſultarunt, quæ non tam arcto nexu invicem junctæ ſunt, relictis interſtitiis & poris amplis, unde fragilia evaſerunt, nata nihilominus ex radice metallicâ, unde *metalla embryonata*, illorúmque *ſtragula* haud immeritò *Glaubero* vocantur, ac pro fructibus immaturis ſaltem metallorum reſpectu habentur.

I. BISMUTHUM (aliàs etiam *Marcaſita*, quamvis hæc à pyrite Encelio non diſtinguatur) corpus eſt minerale livedinis albicantis, durum & fragile, non tamen friabile ut Galena, cui aliàs ſimile eſt & ex quâ plumbum nigrum coquitur. Unde & à quibusdam quaſi ſui generis metallum habetur, nobilius quiddam plumbo, deterius argento, cujus non rarò aliquid continet, & quo loco effoditur, argentum plerùmque ſubeſſe ſignificat, *tectum* hinc argenti à Foſſoribus dictum, qui, referente *Albino*, ſi Biſmuthum oſtendant in argenti foſſione, dicunt ſe citò nimis veniſſe: unde & haud abſurdè cum Plinio Biſmuthum haberi poteſt pro ea ſpecie ♁ii, quam ille vocat *ſpumæ candidæ nitentiſq; lapidem in venis argentariis*, ceu quoque ejus regulus à regulo ♁ii nil differre videtur, unde & ♃to admiſcetur ad ſplendorem & duritiem ei conciliandam: Fit ex eo *Magiſterium* coſmeticum, ſi ſolvatur in 🜅ti & 🜹 ♀ſato ⊽tur, ad dealbandam cutim haud ſpernendum, ad inſtar *Biancæ Alexandrinæ* ex ♃ confectæ & ceruſſæ ex ♄, quin & ex eo per ♌nem ex 🝞 menſtruum paratur mirabile juxta phaſes ☽æ creſcens & decreſcens, metallorum animam, potiſſimùm autem ☉lis & ♂tis extrahens, cui & ſi infundatur planta arida reviveſcit & flores de novo expandit, adeo in hiſce ſubjectis ſpiritus univerſalis in magna copia reconditus jacet.

II. AURIPIGMENTUM ſemimetallum eſt croceum aureis veluti lamellis diſtinctum, friabile è vaporibus viſcoſis ☿reis, intermixtis ſpiritibus acerrimis volaticis, concretum. Unde *externè* & *internè* ſepticum eſt, externè verò maximè *pſilothrum* præbet notum cum *calce vivâ* & *lixivio forti* parandum, imò *Turcarum Ruſma* non tam ex *melle* ad ſpiſſitudinem ſapæ ad inſtar incocto, quàm ex eo quoque paratur, refert enim *Scaliger Exercit.* Cap.

*Cap. XIV. §.* 4. pſilothrum illud ex pulvere aquâ perfuſo ex ſemimetallo quodam ſcoriæ ferri facie ab Indolis in Galatiæ montibus uſurpari, quod non aliud niſi Auripigmentum videtur, præſertim quia *Tachenius* aquæ perfuſione obſervavit, ruſma fœtorem ſpirare ſimilem auripigmenti & ♆ mixturæ, & ſi ſublimetur per ſe adſcendat rubinus verus auripigmenti. Ex eo præ cœteris *Aqua viridis à Feliciſſ. Platero Prax. Med. Cap. II pag.* 318. deſcripta, ad *Oris ulcera* fit, cujus deſcriptio hæc eſt; ℞. *Ærug. æris* ʒ. j. *Auripigmenti* ʒ. j. ß. terantur ſubtiliſſimè & coq. in *Vini alb.* ℥. iiij. ad conſumpt. medier. ubi refrixerit adde *Aq. roſar. ſolan. ana* ℥. j. ß. *MS.* Nota, poſt uſum hujus ▽æ ſtatim gargariſmate fauces eluendas eſſe, ne ⊕nis vel auripigmenti particulæ aliquot reſiduæ fauces erodant; Gargariſma ſeq. in eum uſum reſpiciendo cauſam peccantem, ex Theoria bene fundatâ præſcribi poteſt: ℞. *Flor. prunell. liguſtr. roſar. rubr. malv. arbor. ana m.* ß *ſem. aniſ.* ʒ. ij. Inciſ. & conquaſſat. coq. in *Aq. font.* ℔. ij ad quart. part. conſumpt. Colat. adde *Mell. roſac. Rob. moror. ana* ℥. j. *MS.* ad urceum. Quia verò quàm maximè Auripigmentum valet ad *Fiſtulas, Cancrum* & *Lupum*, quos potentiſſimè edomare valet, variè præparari poteſt ſec. Paracelſum v. g. ad *Fiſtulas.* ℞. *Auripigment.* ℥. j. ♀. *calcinat.* ℥. iij. *MS.* in tigillo, reverberentur △ne intenſo per 24. horas, liquata eximantur & contundantur, inijciantur ▽æ, ebulliant & ⚌tur pulvis albus, qui in cella liquatur in *Oleum* in *injectionibus ad fiſtulas* uſurpandum, pulvis verò in *Emplaſtris* cum *reſina pini* & *cerâ* commiſceatur & fiſtulæ applicetur. Ad *Cancrum* verò: ℞. *Auripigm.* ℥. v. *Fulgin.* ℥. ß. ♓ *ci* ℥. iij *MS.* & reverber. ut ſuprà dictum, per 24. horas, ut fiat ♌li & ſic appropriatum habebitur in *Cancro*, hujus *Auripigm. præparat.* ℞. ʒ. v. *& cum cineribus fimi columbini ac oleo vitell. ovor. q. ſ.* f. *Unguent.* in cancro mirandarum virtutum: Ad *Lupum*: ℞. *Auripigment.* ℥. vj. ○ *calcin.* ℥. vj. *MS.* & procedatur ut ſupra, hujus *præparati* ℞. ʒ. vj. *Liquoris mumiæ* ʒ. ij. *Ol. roſac.* ℥. ß. *Mucilag. ſem. pſyllii ad pondus omnium. MS.* fiat *Cataplaſma* applicetur. Quòd ſi autem nimirum pruritum induceret, pars prius illiniri poſſet *Ol. camphor.* His verò non contentus *Faber in Myrothec. Spagyr. Lib. III. Cap.* XVII. quintam eſſentiam Auripigmenti præparare docet, qualiter è ſummo veneno ſumma fit theriaca, ☿re ſuo magis recluſo depuratóque, de qua cit. loco videri poteſt.

III. Ex *Auripigmenti* ſcobe & ſale per ſublimationem fit Arsenicum Album & Citrinum, quod inter venena cauſtica & ſeptica validiſſima numeratur, dum non ſolùm ſale particulæ ejus magis aculeantur, ſed jam in ſe ſalia rigida angulis acutiſſimis penetrantiſſimis dotata poſſidet. *Rex Giber* id à ☿re communi vult ſolùm differre tincturâ albedinis, qua ♀ dealbare, ut ☽ reputari poſſet, valet, prout ejuſmodi proceſſum hîc communicabimus, id verò ☿reæ naturæ eſſe Geberúmque minimè erraſſe experimenta

L confir-

confirmat *Excellentiſſ. Wepferi* & *Philoſophi Chymici acutiſſimi D. D. Henr. Screta Poliatr Scaphuſ.* indiderunt ſcilicet ſandaracham & Auripigmentum, unde o--o natales ducit, tigillo aut cochleari ignito, unde emittebant fumum album, mox turbidum & ſubflavum, tandem flammam conceperunt, inſtar ceræ liquefacta fluxerunt, cultri laminam obduxerunt densè flores albi, lutei, rubri, iridem quandam referentes; ejus apicem ſubſtantiæ ceræ aut vitro colliquato ſimili immerſum obduxerunt ſeu vitro ſeu lapide rubinum referente. ceu hoc etiam *Frid. Hoffmannus* obſervavit; continuato verò △ne omne auripigmentum & ſandaracha evanuit, relictis in fundo arenâ & lapillis prorſus inſipidis: o--ocum itidem cochleari & tigillo inditum totum evanuit, adeo ut nec veſtigium ejus in fundo ſupereſſet, laminam cultri floribus albis denſis obduxit, & utcunque denſiſſimus fumus confertim exſurgeret, nunquam tamen flammam concepit, unde ♀ris expars creditum ac exiſtimatum fuit, quidquid hujus habuerit id in ſublimatione cum ⊖le amiſſum. An ſalinum eſſet hoc ulterius experimento præfati *Excellentiſſimi Viri* inquiſivere: Fruſtum o--o *cryſtallini* pondere ℥. ix, cum dimidia in ▽*a font.* ℔. iij. ad conſumptionem ferè ℔. j ß. decoxerunt, antequam ebulliit & poſtea inter ebulliendum ex illo ſurgebant bullulæ crebræ: in principio ebullitionis aqua erat ſubdulcis & adſtrictionem ſine morſu in lingua poſt ſe relinquebat; continuata ebullitione aqua flavior evaſit, acidiuſcula cum adſtrictione, ſine morſu aut acrimonia quæ alicujus momenti eſſet, fruſtum exemptum & ſiccatum pendebat ℥. vij. ß. adeo ut ℥. ij. in ▽a ſoluta fuerint vel exhalarint, manſit quidem ſedimentum furfuraceum in fundo vaſis illúdque flavum, ſed pauciſſimum ac leviſſimum. Unde concludere licet ſalini aliquid ineſſe, nec abſurdè illud naturæ ſaponatæ putari, ⊖næ ſcilicet ac ♀reæ, ⊖*na* quia in ▽ ſolvitur, metalla in fluxu ſolvit (unde ▽ *coagulata* dicitur) ♀*rea* verò, quia ♀ olet, flammam concipit & oleo ſolvitur, id quod protinus de Auripigmento intelligendum, o--ocum enim magis videtur eſſe pars ♀reo ⊖na △lis minerarum metallicarum, inprimis argentearum, mineræ ſcilicet rubicundæ pellucidæ, quàm ſupra Roht gulden Ertz vocavimus, cujus dimidia pars o--ocum niveum ſublimabile continet, ſub ſpecie fumi denſiſſimi in △ne, ut dictum, exhalans, fauces facilè inſpiratione lancinans, adeo ut haud adeo abſurdè quis o--ocum pro ☽to crudo ſive adhuc planè immaturo haberet. ceu & *Ettmyllerus in Schröder. dilucidato* judicat, o--ocum eſſe principium metallorum candidorum, ſicut ♀ rubeorum.

*Remedia Arſenicalia* quod ſpectat, cautè omnino iis mercandum, ſi non, judicio *Magni Wepferi*, omnino iis valedicendum, dum ſæpiſſimè peſſima c--o induxit ſymptomata & graves tumultus excitavit, verùm quia videmus etiam in aliis Regnis venena fortiſſima ritè cicurata & artifici manu de-

nu debitè correcta, ut erant nocentiſſima, ita ſaluberrima poſtea ſuppeditare pharmaca, ita quoque de o--oco nobis ſtatuendum videtur, quamvis vix ad uſum internum, ut ut enim ſit, quòd quidam eo febres abigerint, tamen debilitas viſcerum ingens vix in integrum reſtituenda & periculum mortis imminens ab eo tantum non penitus abſtinendum jubent, ceu charecter Chymicus o--o oppoſitionem in Aſtronomicis aliàs deſignans, innuere videtur, quaſi è diametro naturæ noſtræ eſſet adverſum. Aſt quia acceſſione aliorum maligni ejuſmodi malignorum ſiderum aſpectus mitigari poſſunt & in beneficos converti, pariter quoque fieri poteſt, ut o--ocum inſenſiſſimus humidi noſtri radicalis hoſtis, amicè tandem nobiſcum conſentire & benigna ſolamina præſtare poſſit, ſi nimirum probè acrimonia ejus △lis dometur & aculei rigidi invertantur. Hinc ante omnia ſiſto

I. O--OCUM PRÆPARATUM, quale habetur vel recrementis uvarum, tum ⦶ magno illo cum lixivioſis ejuſmodi venenatorum domitore: Cum recrementis uvarum fit *Arſenicum præparatum Rhefeldi*: ℞. *Recrement. uvar. q. v.* Incinera. f. ſ. a. lixivium ad medietatem, dein ℞. *Lixivii hujus Menſ.* iv. *o--oci albiſſ.* ℔. j. Coq. in olla per horam unam vel alteram ſemper ſpatulâ ligneâ agitando, donec fermè conſumptum ſit lixivium, ſic fiet maſſa ſpongioſa; tum novum lixivium affunde & coctionem repete, mox arſenicum erit ſolutum, quam ſolutionem in aliud vas ſummè purum decanta, in quo ad præcipitationem adde ſequens: ℞. *Ceruſſæ* ℔. j. ✱ *q. ſ. ad ſolut.* filtretur, filtrato liquore præcipitationem inſtitue & tantum præcipita quantum poſſibile, tandem edulcora & exicca. *Uſus* in *Leprâ*, eóque *Rhefeld* reſtituit leproſum modo ſequenti; ℞. *Fecul. aron. gr.* xv. *Conſ. roſar.* ⊕*lat. q. ſ.* f. *Bolus.* ℞. *Gumm. gutt. gr.* viij. *Conſ. roſar.* ⊕*lat. q. ſ.* f. *Bolus.* ℞. *o--oci præpar. Rhefeld. Doſ.* xiij. exhibeantur ſequentibus poſt purgationem diebus, incipiendo à *gr.* iij. ſingulâ aurorâ addendo *gr.* j uſque ad *gr.* x. adſcendendo. Sic namque poſt adhibitum quoque balneum & ſcarificationes aliquoties adhibitas ſquammæ deciderunt & æger ſanitati fuit reſtitutus. *Sale* ⦶*tri* quoque o--oci fit cicuratio, unde habentur CRYSTALLI O--OCI, quæ quoque dealbant omnia metalla & ipſam ♀rem, ut inde fieri poſſint *manubria gladiorum* vel aliæ res quæ fuſione ſaltem conficiuntur; ſi verò media pars ☽ti addatur, ſuſtinet ♀ malleationem & deduci poteſt in minimas & tenuiſſimas lamellas quæ ☽ æmulantur, & hoc nemo ab ☽to dignoſcere poteſt, niſi proba fiat per capellam vel per ſolutionem in ▽ti: Sic verò parantur hi *Cryſtalli* o--o. Miſce o--o cum ⦶ hæcq; mixta funde & calcina in crucibulo, vel deſtilla per retortam, ubi flores omnes albi in roſtro ſe ſe colligunt; hi cryſtalli omnes dulces ſunt, nec aliquâ venefica qualitate imbuti, ſudores ſaltem movent: interim in eorum præparatione à veneno ſibi caveat artifex, cùm plures eo fumo mortui ſint: Vel ℞. *o--oci* ℔. j. ⦶ *purific.*



Digitized by Google

℔. j. ß. pulveriſata miſce, in ollam vitream immitte, ut dimidia ejus pars plena ſit, hanc operando contege, in quo foramen pro fumo apertum erit, juncturis optimè lutatis ollam △i in primis leni, poſtea fortiori impone, auge ignem donec olla rubeſcat, & permaneat tunc in illo ſitu per dimidiam horam, tum ex △ extrahe ollam & invenies materiam coagulatam, quam in primis pulveriſatam ℞. & tunc cum *laminis* ♀*reis fac ſ. ſ. ſ* in Xbulo ac denuo calcina & poſt debitam calcinationem fuſum habebis *Cuprum album*: ſi verò tantum laboris impendere non vis; ℞. ⦶ & *Cryſtall.* o--o; hæc pulveriſata miſce, & cum *laminis* ♀*reis fac ſ. ſ. ſ.* Sic etiam obtinebis ♀ *album.* Cœterùm valent ejuſmodi *Cryſtalli* o--*oci*, non ſaltem ad dealbandam ♀rem ſed & maximè ad acerrimum corroſivúmque virus *Cancri*, cruoris corruptorem & ulceris fabrum edomandum, quamvis ad eum o--om quidam ſaltem quinquies ternis diebus 🜄 edulcorent & ▽â communi tandem & hujus acredinem eluant, idque ad *Pulverem benedictum Hartmanni*, ℞. *Rad. Dracunculi majoris* menſe Junio. Julio & Auguſto collect. & ſiccat. ℥. iij o--*oci preparat. cum* 🜄 aut ⦶ ℥. j. *Fuliginis ſplendent. camini ſelectiſſ.* ʒ. iij. *MS.* f. pulvis ſubtiliſſ. in loco bene clauſo ſervandus & poſt annum demum in uſum trahendus.

II. MAGNES O--OCALIS; ℞. ♁, ♄ *ii*, o--*oci ana part æqual.* in phiolâ in .·:·. locatâ, ſubdito △e forti ut bene uniantur ac in vitrum fluant, omnibus refrigeratis phiola diffringitur. Et ex hoc poſtea fit *Emplaſtrum magneticum Hoffmanni*, ℞. *Gummi. ſagapen. ammoniac. galban. ana* ℥. j. ß. *Cer. flav. Terebinth. clar. ana* ℥. ij. ʒ. ij. *Magnet.* o--*ocal.* ℥. j. ß. *Ol. ſuccin.* ℥. j. ▽ ⊕*li dulc. Rad ari preparat. ana* ℥. ß. *MS.* f. l. a. *Emplaſtr.* de quo prolixè examen inſtituit *Schultzius Trig.* ♁ *p.* 174 & 189. *Uſus* ejus eſt ad ulcera & carbunculos peſtilentiales, quos rumpit, venenum inſimul attrahendo; ſic namq; & bubones non ſaltem *peſtilentiales* (modò ſit ritè paratum, ſecus enim puſtulas excitat, de quo in *Append.* de *Peſte* ad *Chirurg. Würtzii*) ſed & *venereos* diachylo magno commixtum maturat, præcedente *fomentatione* emolliente, & applicatâ poſtea turundâ cum *digeſtivo*, corpore erecto, ut *Clariſſ. D. D. Barbeyrac* Medicus Monſpelienſis in uſu habet. Valet item in incarceratione inteſtinorum, ut & in uteri præfocatione.

III. BALSAMUS & MUMIA O--OCI THEOPHRASTI: ille ita paratur; ℞. o--o *alb.* ℥. v. *Talci* ℥. ij. ✡ ℥. viij. *pulver. MS.* indantur tigillo & reverberentur intenſiſſimo △ne per 24 hor. ſicque venenum ⟙tur in fundum & in ſuperficie vitri inſtar habetur o--ccum præparatum, quod in cellâ in oleum reſolvitur: hæc verò ſic habetur: ℞. o--*oci alb.* ℥. iij. ⊖*lis fuſi, Colcothar* ⊕*li ana* ℥ ß. *MS.* & reverberetur ſexies, ut in Balſam. addendo ſemper quid novæ materiæ. Uſus horum efficaciſſimus eſt in Cancro, fiſtulis, ſeu aliàs o--o ⦶tro cicuratum & in cella ſic reſolutum, cancroſis affectibus illitum

Digitized by Google

illitum, maximè circa pudenda & in hæmorrhoidibus ani, abſque dolore egregiè operatur.

IV. ▽a o--ocalis ad febres intermittentes ita fit; ℞. o--oci ℥. j. ▽*æ font.* ℔. x. bulliant ad ℞æ extractionem, quod cognoſcitur punctione linguæ, ſeparetur per inclinationem filtretúrque bis per papyrum gryſeam. *Clariſſ. D. Vieuſſentius Doct. Med Noſodochii Monſpelienſis* mihi de hac retulit, febrem certò inde abigi, ſed funeſta quoque ſubſequi ſymptomata, imò quoſdam paulò poſt inde mortuos fuiſſe, ex tono ventriculi deſtructo. Uſum eâ fuiſſe Marchionem Caſtrenſem. Hinc in Gallia ut certiſſimum remedium ad febrim quartanam deprædicant ſequens: ℞. o--oci. *gr.* viij. quibus affund. ▽ ℥. xviij. ſtent in infuſione in calore leni per aliquod tempus, bis deinde filtra, ne aliquæ craſſiores particulæ aquæ inhæreant, deinde propina ægro ad ℥. v. vel potius in minori doſi ad ℥. iij. ſed not. quod non debeas propinare invaletudinariis, quia ſpaſmis corripiuntur, interim tamen morbo liberantur, dein quod dari debeat diebus intermittentibus binis, die verò paroxyſmi ſit purgandum, cum exhibitione antifebrilis. ℞. o--oic. *citrin. Piper. long. ana gr.* ij. Infund. per noctem in ✠to; detur hora una ante paroxyſmum, præmiſſo purgante die intermiſſionis. Chirurgum Moguntinum eo 200 curaſſe relatum eſt.

V. Cadmia à Cadmo Tyrio, qui auri metalla eorúmque fuſuram inveniſſe fertur, dicta, duplex habetur, nativa & factitia. *Nativa* eſt tum ea quæ à *Plinio* pulchrè *lapis æroſus* vocatur, & in Germania ejus temporibus fertur inventa, ſicut hodie apud Anglos ex montibus Mendipenſib. copioſè eruitur, coloréque eſt nigro. fuſco aut cinereo, vi ſeptica pollens, tum ea quæ *Lapis calaminaris* dicitur, ſublutei coloris, (minera ſcilicet eſt ♂tis cui debita pars ☿lis deficit ceu combuſtus inſtar croci ♂ quoque ad hæmorrhagias applicatur) quo ſc. Fuſores ad æs colore aureo tingendum, ut fiat orichalcum, utuntur, reperitúrque in inferiori Germania inter Coloniam Agrippinam & Aquiſgranum. *Uſus* ejus eſt ophthalmicus in Collyriis cum aquis appropriatis, prout de eo atteſtatur *Crato Epiſtol. Lib. VII. p. m.* 572. eum in Epiphoris & defluxionibus ad oculos cum pinguedine miſtum ſingulare auxilium eſſe, item Chirurgicus ad ulcera antiqua cicatrice obtegenda in *Emplaſtris*, è quibus nunquam ob vim exiccantem, ♉dum corruptivum infringentem omitti debet, ceu hinc (præter *Empl. de lapide calaminari* in Diſpenſ.) ingrediens eſt ſeq. *Emplaſtrii egregii ad Ulcera maligna*: ℞. *Lap. calamin. præparat. Ceruſſ. Oliban. Boli Armen. Lithargyr.* ☉ & ☽, *Calam. arom. ana* ℨ. vj. *Ceræ citrin. Reſin. ana* ℥. ij. *Ol. rapar. q. ſ. M. f. Empl.* effundatur in linteum & adplicetur parti affectæ & ſemel de die ſuperficies Empl. iterum abradatur & denuò imponatur. Præparatur autem primitus ita: ℞. *Lap. calamin. pulveriſ.* ℔. j. reverberetur in tigillo, extinguatur in

☿*to* repetatúrque adhuc ſemel: ſic verò abſorbet egregiè ♉da & ſaporem adſtringentem acquirit. *Factitia* verò aut eſt ſubſtantia tenuiſſimáque favilla pyritis aut alterius metalli, præcipuè tamen *pyritis*, unde jactantur ſurſum corpuſcula cohærentia per ſumma faſtigia connexa & concamerata, quæ inſident invicem ſpiſſius & in unum globum ſeu corpus concreſcunt. Sic verò modo unum genus cadmiæ factitiæ, modò duo, modò omnia habentur, prout ex metallis variis elevatur & concreſcit, præſtantiſſima tamen eſt, quæ ex *ære* & *pyrite* conflatur, quæ enim ex ☽to, candidior eſt minúſque ponderoſa. Optima cenſetur illa quæ *Goſelariæ* fit, non ſaltem ☽ & ♄ tenens ſed omnia metalla. *Species* omnes hujus *Cadmiæ factitiæ* ſequentes recenſentur.

*α* *Botryites*, ita dicta quod botrorum uvarum ſpeciem gerat in ſuperficie, eáque in altioribus fornacum locis ad ferreas haſtas in tale corpus concreſcit: vocatur ea *Tuthia Alexandrina* quæ cinerei eſt coloris nonnihil ad cœruleum vergentis. *Uſus* ejus eſt ophthalmicus inſignis, ob vim alcalicam abſorbentem lymphámque acrem & ſalſam corrigentem, unde egregia in Collyriis cum ▽a fœnicul. rut. roſar. alb. &c. item in Unguentis: ℞. *Ung. de Tuth. officin.* (vid. Diſpenſ.) *nihili ana* ℥.ij. *Tuthiæ præparat. Margarit. præp. Ocul.* ♋ *præp. Corallor. rubr. ana* ℈.j. *Camphor. gr.* vj. *Fol.* ☉ & ☽*ri ana num.* iiij. *MS.* f. Ung. hora decubitûs lentis magnitudine cantho oculi majori indendum & infra palpebras illinendum, quale ob refrigerantia, adſtringentia, exiccantia, abſorbentia egregium eſt in ophthalmia. Sic in deſperatiſſimo caſu ubi oculorum mortificatio metuitur ſeq. pro mirabili ſecreto habetur: ℞. *Tuth. præp. ſief albi ſine op. Aloës, Cort. myrobal. citrin. ana* ʒ. ß. *Caryophyll. granor. myrtill. ana* ℈. ß. *Aq. roſ. plant. ana* ℥. j. *Vini malv.* tantundem, pulveriſentur infund. per ♀ in loco calido & coq. ad tert. part. Colat. fortiter exprimatur & oculis inſtilletur.

*β* *Onichitis*, onichitæ lapidi ſimilis, foris cœrulea, intus candidior, internatis venarum diſcurſibus, reperta in antiquis groſſis ſcoriis metallicis de novo fuſis. Uſus ejus itidem valet ad oculorum medicamenta.

*γ* *Placodis* ſeu *Cruſtoſa* fit quando craſſior materiæ pars egreditur & poſt diaphrygen parietibus fornacum inſidens in corpus concreſcit cruſtaceum, & hoc toties quoties excoctio fieri ſolet. Huc ſpectat & *Placitis* ſeu *Zonitis*, quæ veluti zonis apparet multiformis.

*δ* *Oſtracitis* à teſta dicta & è craſſa materia orta, tenuis, nigra, reperirique ſolita in iis fornacibus, in quibus pyrites ærofus non excoquitur.

*ε* *Capnitis* ſeu *Fumaria* vel △lis peculiare quid à reliquis ſpeciebus habet, dum non in ſolidum corpus condenſatur, ſed tenuis farinæ modo parietibus in ſuperiori domicilii ærarii parte adhæret, eſtque notiſſi-

notiſſimum *Pompholix* ſive *Nihili* candidiſſimum & leviſſimum; cujus communior præparandi modus talis eſt: *Æs & Cadmia foßilis* alternatim in ollas ponuntur, ut inde fiat orichalcum, favilla verò quæ ex ære reſoluta fertur ſurſum in operculi cavitatem eamque implet *Pompholix* eſt; ſi verò olla operculo tecta haud fuerit & favilla cum ligno aut cinere in ſublime lata parietibus fornacum adhæreat, *Spodon* conſtituit, parùm à *pompholyge* differens, niſi quòd non adeo tenuium ſit partium, ſitque nunc *cinerea* nunc *lutea*, prout è metallis his vel illis elevatur. *Vires Pompholygis & prædictarum Cadmiæ ſpecierum* ſanè inſignes ſunt, meritóque optavit *Encelius* ut illæ non ignorentur; valent nimirum in *Emplaſtris*, & effectus omnium illorum eſt adſtringere cum caliditate ceu pyrites ſtipticus eſt, *Serapione teſte*; præprimis verò hinc cava explent, ſordes expurgant, corporis meatus exiccant, excreſcentias carnis coërcent, cruſtas creant, ulceráque ad cicatricem perducunt, maximè autem malignitatem corroſivam ulcerum cancroſorum citra morſum & exacerbationem corrigunt, ut eſt *Pompholix*, ceu exinde habetur magiſtralis elegans compoſitio *Unguentum diapompholygos in Pharmacop. Auguſt.* ℞. *Ol. ſolan.* ℥. xvj. *Ceræ alb.* ℥. v. *Ceruſſ. lot.* ℥. ij. *Pompholygos præparat. Plumbi uſti & loti Thuris ana* ℥. j. *F. ſ. a. Unguentum*, commendatum ad ulcera calida ac illa quæ acres & ſalſi humores infeſtant, quia ſcilicet ſiccat & conſolidat, nec non abſque ullius acrimoniæ ſenſu cicatricem inducit. Celeberr. *D. Michaëlis* magis compoſitum & appropriatum contra Cancrum ita reddidit: ℞. *Ung. diapompholyg.* ℥. iij. *Empl. de mucilaginib.* ℥. j. *Rad. ſcrophular. Ari ana* ʒ. ij. *C. C. uſt. præparat. Ciner.* ♋ *ranar. ana* ℥. ß. *MS. in mortario calido*, adde *Ol. è vitellis ovor. q. ſ.* ad conſiſtent. *Cerati*.

V. SANDARACHA ab Auripigmento ſolo fere colore differt: eſt etiam ſemimetallum rubrum vel ſubluteum, fragile item, è particulis ♀reis plurimis, intermixto ſale acerrimo debilique diſperſo mercurio, conflatum: Quia verò ſummè deleterium minerale eſt ſandaracha, venenúmque præſentiſſimum inexcuſabils eſt confuſio Sandarachæ Arabum ſeu Gummi juniperi cum ſandarachâ Græcorum ſeu hâcce noſtrâ de qua loquimur, adeo ut meritò exclamet *Encelius de Re Metall.* *O officinæ reſipiſcite, ne idem vobis accidat ac illis qui loco lupuli hopffen, aquæ incoxit canem Herisui, hopffen dictum, ad cereviſiam præparandam.*

VI. ZINCUM mirabile corpus minerale eſt, ♁le adhuc & ♀reum, ceu ſpagyricè examinatum combuſtúmque purum putum ♀ ☉reum & immaturum, flammâ purpureâ aureâ quàm exhibet, ſe monſtrat, videtur tamen inſimul ſecundùm *Barbette* in *Praxi p. m.* 42. aliquid ☿rii in ſe continere & pro ſpecie ſtanni haberi, ceu & optimum ex Anglia quoque, unde aliàs præſtantiſſimum ſtannum, habetur: carbonibus vivis ſuperinjectum avolat totum: Sic verò habentur *Flores Cinci* albi & leviſſimi, quos interne

ternè à gr. iv. ad xii. ſudoriferos & quandoque purgantes ſupra & infra eſſe *Glauberus Furn. Philoſ. P. I. p. m. 59.* refert: extrinſicè verò citatus *Barbette* in *Ophtalmia* ex lympha acriore, hocce melius huc uſque ſe nondum expertum fuiſſe refert: *℞. Flor. cinci* ℈. j. ß. *Aq. roſac. q. ſ. MS.* & guttatim inde oculis: *Deckerus* inſuper in *Notis* eos convenire docet in *Inguinum infantium excoriatione* (linteolo exceptos & aſperſos) ex ⊡â acriore genita, ut & papillarum excoriatione & fiſſuris: tantæ enim, ut *Glauberus* loquitur, ſunt ſiccitatis, quæ adjunctam ſibi habet conſolidandi vim, quòd etiam incredibilia præſtent, maximè in *vulneribus recentibus & antiquis* ſemper aquam ſtillantibus, quibus vel adſperguntur, ſuperimponendo *emplaſtrum ſticticum*, vel rediguntur in *unguentum* cum *melle*, vulneribúsque imponuntur, quod & ſi profunda ſint vulnera, ad duritiem coquendum pro formandis *ſuppoſitoriis* parvulis, *vulneribus* imponendis, quæ poſtea *emplaſtro* aliquo tegenda & ab aëre præſervanda, quâ ratione applicati fundamentaliter fermentum putrefactivum adoriuntur, domant, enecant, curant, mixtique cum emplaſtris ſtupenda ſic præſtant: Curant quoque cutis unitatem ſolutam, profectam ex *diuturno decubitu ægrotantium*, unde ingens proficiſcitur dolor, ac quandoque gangræna, magnâ cum hominis miſeria luridæque mortis tremenda facie, citò verò ſi adſperguntur, multùm hæc mitigare poſſunt, ac Homini deſperatæ ſalutis εὐθανασίαν (quæ in Medicina Deſideratum eſt exoptatum) quandam conciliare.

FINIS Sectionis Secundæ.

SCRU.

Digitized by Google

# DISSERTATIONIS DE REGNO MINERALI SECTIO II.

## De Lapidibus.

### CAPUT I.

*De Lapidibus in genere, eorúmq; Naturâ.*

METALLA proximè in Mineralium Regno excipiunt *Lapides*, ceu quæ in his v. gr. pretioſioribus ſeu Gemmis reſidet virtus, deducitur à principiis metallicis, ac prout Metalla planetis correſpondere dicuntur, ita hi ſtellis fixis, à quibus etiam virtutes hinc mutuentur, *de quo in ſeq.* accedit, quòd in Lapidibus plerumque Metalla nidulentur, ceu *Glauberus in Nov. Lum. Chym.* modum tradit ex quovis lapide & ſabulo eliciendi ☉, ſi excipiatur ♆, quamvis adeo paucum hoc ſit, ut ſumptus ſint majores quàm valeat aurum ex plerisque ſubjectis elicitum, ceu ipſemet oſtendit in quibus ſubjectis plus, in quibus minus auri lateat. Eſt autem *Lapis corpus ſuo modo vivens, foſſile, durum, frangibile, inductile, quod nec in aquâ vel oleo ſolvi, nec igne, ſi non violentiſſimo & diu continuato, fundi poteſt. Vivens* dicitur corpus *ſuo modo*, abſque ullâ, reor, abſurditatis notâ, ex ſemine enim fit, nutritur augetúrque, obſcuriùs quamvis ac plantæ, ceu mox ſiſtendus illorum ortus declarabit. *Foſſile* eſt è fodinis ab homine erutum corpus, vel à natura protruſum, haud obſtantibus hinc iis qui in præcipitiis montium miro ſubinde ordine (ceu propè Gratianopolim in Ducatu Sabaudiæ & in Hetruria prope Vulſinium ex figuris parallelopipedis, imò etiam, ut *Kircherus* in Muſæo ſuo habuit, in lapide marmoreo depictæ urbes turritæ cum domibus feneſtris inſtructis, de quo vid. ejus *Mund. ſubterran. Lib. VIII. Cap. IX.*) viſuntur, aut illis qui in fluminibus apparent, vel etiam arboribus petrefactis: conſiderandum enim iſtas ſummitates malleo evelli, harúmque ſummitates truncum & radicem in terra habere. Lapides verò fluminum illuc ductos eſſe aquarum fortè ſubterranearum torrenti, à quibus oriuntur, ceu & patet in illis, qui in quibus-



Digitized by Google

dam fontibus coagulantur circa eorum originem, & qui petrificantur ferè in inſtanti, dum è terra exeunt, aëríque magis exponuntur. Arbores verò petrificatæ innuunt vaporem ⊖no-🜃ſtrem determinatum ad eorum radices penetraſſe, eóſque alius convenientioris defectu nutriviſſe, id quod probat *ſeminarium dari lapidum*, dum arbor ceu alterius generis corpus eum non valeret in ſe ſuſcipere, ſine tali aliquali convenientia, hinc namque ſpiritus ejuſmodi petrificus auſtero-coagulatorius vi ſua & efficacia non ſaltem ſubigit & fermentat ſubſtantiam ligni in quod ſe inſinuavit, ſed & id quod in arbore continetur naturæ ſuæ contrarium ſeu heterogeneum ſucceſſivè expellit, quamvis radix non ſit ejuſdem naturæ, cauſa enim eſt vaporum tenuitas, qui quia ſubterranei, innuunt, arbores ejuſmodi eſſe ſaltem velut ramos lapicidinarum ſubitus contentarum, quo facit, quæ illuſtris *Boyleus de Orig. & Virt. Gemmar. p. m.* 201. refert de lapide molli, Lyncurio dicto circa Neapolim, qui paulum fictus & ▽a humectatus, tum Soli commodâ anni ſtatione expoſitus, brevi tempore fungos fert, qui edi poſſint, quaſi ipſa ſeminalia principia & rudimenta vegetabilium ita præſerventur in petrefacta 🜃a, ut datâ occaſione ſemet exerant. *Durum* præterea dicitur corpus ad differentiam Terrarum, quæ friabilia magis quàm dura, ut ut reperiantur lapides qui cotibus attriti ſuccum lacteum vel rubrum aut croceum vel atrum reddunt, veluti eſt *Galactites, Morochtus, Hæmatites*, ex quibus & *Galactites Hildesheimenſis, Agricolâ* teſte, incrementum capit ex ſucco glutinoſo & lacteo, affini ſcilicet illi, qui lapidum primum ponitur & habetur rudimentum, prout & *Arenam* mediantibus ⊖bus igne vehementi, primò in materiam viſcoſam poſtea vitrum transparens abire videmus. Notandum ſcilicet has definitionis proprietates ferè etiam Terris convenire, cum quibus magna aliàs eſt Lapidum, duritie excepta, qui ut Terræ humectatæ extendi nequeunt, convenientia, ceu & *Morochtus mollis* facilè aquis diſſolvitur & terræ quam lapidi eſt ſimilior, *leucogæa* hinc dictus. Durities autem hæc variè varians ex ingreſſu & mixtione mutua corporum dependet, ſcilicet partes ſubtiles ſuperficiebus exactè planis & politis inſignitæ poros lapidoſi nutrimenti adhuc friabilis ingrediuntur, ſuperficies ſuperficiebus applicantur, ut corpus durius emergat, ferè ut fuſione mutuâ, ♀ & ♃ illud ex hujus ingreſſu duriſſimum evadit, de quo *Sect. anteced.* *Frangibile* hinc etiam magis eſt corpus ob ramoſas particulas minus longas viſcoſitatémq; mineralem minus in iis exiſtentem, quæ tamen & ſufficienter debitéque adeſt, ejus enim abſentiâ facilè 🜃rum inſtar in pulverem fatiſcerent, ceu & videmus Venas per lapides vagantes, quæ nil ſunt quam 🜃a exiccata, facilè in pulverem redigenda, exinde verò conſtare poterit, haud veri ſimile eſſe Lapides etiam Gemmas & Cryſtallos ex ▽a ſola & pura concreviſſe, ſed potiùs ab alia ſubſtantia lapidifica ab aquæ natura diverſa, quæ aptè cum *Avi-*

*cenna*

Digitized by Google

*cenna de Congelat. & Conglutinatione Lapidum in Turb. Philoſophor. p. m.* 401. viſcoſa etiam appellari poteſt, quæque hinc Lapidibus continuitatem, ut 🜃a ſoliditatem largitur. *Inſolubilem* etiam Lapidem in certis liquoribus diximus ad diſtinctionem *Salium*, *Sulphurum* & *Bituminoſorum corporum*, quæ pro natura ſua in Aqua, vel Oleo ſolvi facilè poſſunt. *Funditur* etiam aut minimè aut omnium difficillimè abſque addito præprimis tertio, ſic namque *Cryſtallus* igne quidem emollitur, ſed non niſi violentiſſimo & diu continuato, ſecus ac Metalla quæ mox funduntur, cryſtallus ſcilicet igne diutius intenſo in vitrum abit & adhuc citius & facilius ſi 🜔 adjiciatur, hoc enim partes reliquas diſponit, ut pori recti progignantur, luxque tramite recto illos pertranſire poſſit, prout contrà videmus, ex cineribus oſſium, Calce C. C. ob defectum 🜔lium nulla haberi vitra ſed ſolummodo Urnas; Ipſum verò *Vitrum* ex Arena (quæ microſcopio Inſtrata indicat eam eſſe congeriem minutorum lapillorum eodem colore quo apparet) pellucida, addita cinere combuſtarum plantarum colliquata effictum videtur eſſe lapis quidam major pellucidus, ad eum modum quo naturam videmus, non tantum Cryſtallos, ſed lapidem ſpecularem ſeu Glaciem Mariæ producere. Modus ſcilicet conficiendi vaſa vitrea eſt, quòd fornax incendatur ad octiduum, liquefactâ tum materia in ollis, quantum operi conficiendo ſatis eſſe judicant, extrahunt, in marmore ante feneſtellam poſito verſant, atque per fiſtulam ſæpius inflant, mox fiſtulam ſublatam aliquoties in orbem retorquentes vitrum faciunt longum, deinde idem in æreo inſtrumento concavo, qui moduli vice, ſuſtinet, formant, tum calefaciendo, inflando, premando in eam figuram efformant, quàm mente conceperunt; Vid. *Nerus de Art. Vitr.*

## CAPUT II.

### *De Ortu & Generatione Lapidum.*

QUOD ſi facultate petrificâ, aliiſque vocibus Philoſopho reali indignis ſaltem contenti eſſe vellemus, haud adeo difficile eſſet modum *Ortûs Lapidum* detegere; Aſt intimius Mineralium naturam penetrare ſtudentes, quoad *Cauſam materialem & efficentem* eò meliùs detegendam, dicimus Lapides oriri è particulis 🜃ſtribus puriotibus aut impurioirbus à ſpirituoſis 🜔nis, auſteris vaporibus variè 🜄tis & in unum compactis, materiâ ſubtili in 🜃æ regione copiosè contenta, ut corpore fluidiſſimo, particulas 🜃ſtres arenoſas diſſolvente, colliquante & in ſtatum aliquem fluiditatis, ut viſcoſitatis, ipſos redigente. ita ut particulæ ſic aliter diſpoſitæ ſuperficietenus ſibi invicem adhærere incipiant, ac ſenſim & ſenſim per inti-

ma magis agglomerari, fuſione namque iſta ſeu emollitione particulæ magis viſcoſæ & tenaciores fiunt & quaſi ſibi invicem agglutinantur, ſic ut motu materiæ ſubtilis ceſſante, particulæ hæ in ſtatum quietis redactæ *Lapides* tandem conſtituant, eóſque nunc *vulgares* ſaltem nunc *pretioſiores*; certè cum *Illuſtri Boyleo*, ſummè probabile eſt Lapides pretioſos olim fuiſſe liquidos, dum diaphani ſunt, certa figura, non ſaltem externa inſtructi, ſed & interna texturà, quæ coagulationibus videtur conſtare, dotati ſunt, inſuper etiam colorantur, ſuccis certis mineralibus imbuuntur, includúntque intra ſe materias heterogeneas, ac ponderoſi ſunt ex particulis metallicis commixtis: Hinc namque dum vapores ſubterranei auſteri offendunt terras quasddam minus ſale quodam elementari nitroſo fluido imprægnatas, materiáque ſubtilis pauca eſt minúſque ſufficiens ad eas attenuandas & miſcendas per partes minimas cum corpuſculis ⊖nis, quamvis adſit ſemen petrificans, Natura tamen incapax eſt generandi lapides pretioſos, producens ſaltem *communes* & *ignobiliores*, quorum hinc rurſus datur differentia duplex, dum ſunt aut *leviores*, qui poros habent magis apertos vel *ponderoſiores* poris conſtantes ad mineralia accedentibus: Hoc verò fit à vario motu particularum 🜃ſtrium & puritate arenularum colliquatarum, ſic namque arte fit *Vitrum* ex arena & ⊖bus pungentibus & acutis, ubi ſcilicet motu vehementiſſimo fluiditatem particulæ acquiſiverunt, quâ particulæ arenaceæ viſcoſæ fiunt & ſibi invicem annectuntur & incumbunt: ſic ex argilla & arena fiunt *Lapides ponderoſiores*, ſi ignis motu vehementiſſimo urgeantur, adeo ut molles fiant & ſibi invicem incumbant, ceu patet in furnis lapidiferis, ubi lapides ad ignem proximè accedentes ſibi invicem in magnis glebis incumbunt & quaſi vitrificantur: *Leviores* verò fiunt ubi motus non tam vehemens eſt & particulæ non tam acutæ & pungentes ſunt, ut particulas illas planè molles reddere valeant, ſed leviter tantùm illas circumvolvens ſibi invicem illas annectit & in extremitate cohærere facit, uti apparet in iisdem furnis in lapidibus medio furni locatis, qui maximè fragiles, leves & poroſi ſunt, haud aliter ac *Alabaſtrum*, quod itidem quia multùm terræ cretaceæ obtinet, quæ fluiditati & flexibilitati reſiſtit, ſummè leve eſt & cultro facilè paret, ſecus ac marmor, porphyrites &c. qui lapides ſunt valde duri & ponderoſi. Nimirum prout vapor ſubterraneus diſpoſitus eſt, motúſque variè ſe habet in materiam ſubſtractam, concretum lapideſcens quoque inde variabat, ſi enim vapor ejuſmodi ſit ſpirituoſior & 🜃a quam offendit ſit ⊖e contrali copioſiùs imbuta, materiáque ſubtilis illam melius ſubigere, impaſtare & attenuare valeat locúſque aut matrix per vapores præcedentes probè depurata, orietur *Lapis purior* & *nobilior*, & hoc vel magis vel minus, prout exhalatio eſt melius aut deterius rarefacta & attenuata, locúſque vel purior vel impurior, in quo ſe affigit & in



Digitized by Google

lapidem excluditur. Sic namque copula quædam generativa emergit, velut *Ovum* in *teſtâ*, ſic etiam ut ſimiliter fere ac hocce Ovum lapidificum in matrice ſuâ ceu loco anguſto recluſum rurſus fermentetur, coquatur & digetur, expandatúrque à materia ſubtili aut ſpiritu incluſo, ſpatiúmque ejus evadat amplius, quò eò meliùs intra poros & venulas oculis imperceptibiles, exhalationes proprias & convenientes pro debitâ Nutritione & Augmentatione recipere poſſit, quamvis hoc obſcurius ac in Plantis fiat; hoc verò dum peragitur calore loci particularis continuò evaporat humiditas ▽a △lis, quò eò meliùs coagulari lapis poſſit, & forti coctione principia ejus ſtringi & compingi, quò & pori nonniſi ſubtiliſſimi remaneant, per quos æther puriſſimus rectâ tranſeat, ad quod non parùm contribuit frigus hybernum calorem magis concentrans, quò ⌒us ⊖nus auſterus coagulans principia proximus invicem adducat: unde & facilè inferre quis poſſet, poros lapidùm, dum adhuc in matrice ſua continentur, magis eſſe laxos, faciliúsque alimentum admittere & in ſe ſuſcipere exhalationes, quàm verò dum ſunt extra generationis locum, ubi multò denſiores apparent, poriq; eorum (nî ſint pori eorum multùm ſolitò ampliores, ▽am dum pluit ex vaporibus ſuſceptis, ſponte velut exudantes, ceu prope Tridentum in via in Italia ejuſmodi ſaxum vidi) minus perceptibiles, quæ cauſa eſt quod vulgo exiſtimetur Lapidum accretionem eſſe ſolummodo per appoſitionem materiæ extrinſecæ; Aſt quàm verius ſtatuere licebit Nutritionem & Augmentationem Lapidum fieri ex prædictis exhalationibus ⊖no-auſteris è centro terræ ad circumferentiam ejus elevatis, prout aliàs ex ſucculentis vaporibus Plantæ nutriuntur. Nimirum, uti Libr. I. diximus, Animalia ob digeſtiones requiſitas plurimas, pluribus etiam organis opus habuere, pauciora verò ob contrariam rationem, Plantæ, pauciſſima tandem Mineralia, quæ etiam ob eorum defectum homogenea ſine aliquali organizatione ſibi appropriare videntur, ſic ut non opus ſit tot vaſis ad varii generis humores alimentarios ſuppeditandum, ut ut adſint quædam velut fibræ ſimiles ferè illis quæ in Conchis quorundam aquatilium apparent.

## CAPUT III.

### *De Differentiis Lapidum.*

EX prædicto vario Naturæ proceſſu, materiáque Lapidùm nunc exquiſitius expolita, nunc groſſiori ſaltem modo elaboratâ reſultat *Diviſio Lapidum* generalis in *Vulgares* & *Pretioſos*, *Gemmas* dictos, quamvis ſtrictius *Gemmæ* vocari debeant, lapides parvi naturâ, rari, duri & pulchri ob materiæ nutritiæ quæ puriſſima eſſe debet, abſque excrementis, quæ alias vitia

 ipſis

communicant, paucitatem, vaporis nimirum & exhalationem ſeminalium, quibus excreſcere deberent, penuriam vel etiam diſperſionem aut diffuſionem in corpora vicina, quamvis Natura in tali opere, maxime ubi materia probè diſpoſita haud deficit, non ita facilè aberret, idque ob particulas ſpecificas, quibus & conſtans *Gemmarum figura* & certi eorum *colores*, unde gemmarum diſtinctio, unicè adſcribenda videtur. *Lapides pretioſi* rurſus variè diſtinguntur, nimirum ratione *ſubſtantiæ, coloris & magnitudinis.*

Ratione *ſubſtantiæ* rurſus ſubdividi ſolent in *Simplices* & *Compoſitos. Simplices* ſunt qui ſimplicem eſſentiam obtinent, ut *Sardius, Onyx. Compoſiti* ſunt, qui duplicem vel multiplicem naturam continent, ut *Sardonyx*, qui in parte ſuperiore Sardii, in inferiore onychis virtutes habet, absque tamen ut inde vitium quoddam gem̃is inferatur ſubſtantiâ heterogeneâ, ut ſi rubigo quædam lapides inficiat, vel plumbeus ac ferreus color livorem iis inducat, aut ſplendor earum nebula quadam candidiori aut opaciori umbrâ, obſcuriorique fumo obnubiletur, ex mutato particularum ſitu, cujus modi efficacia præprimis hîc attendi meretur, dum radios regerendo mox perſpicuitati gem̃arum obſtat. Ex dictâ verò lucis incidentiâ variâ & reflexione Ratione *Coloris* Lapides pretioſi dividuntur rurſum in *Simplices* & *Variegatos*: *Simplices* ſunt qui ſimplici & unico colore gaudent. Subdividuntúrq in *ſimplices extremi & intermedii coloris*: *Extremi coloris* ſimplices ſunt tantùm albi, ut *Adamas Onyx, Chalcedonius*, detractâ ſc. propria pelliculâ, alii addunt nigrum *Morion. Intermedii coloris* ſunt pro ratione intermediorum colorum varii, nim. *rubri, punicei, flavi, virides, cærulei, violacei. Variegati* ſunt qui variis coloribus nitent ob variorum ſuccorum, qui ad eorum generationem concurrunt, mixturam, ut eſt *Opalus, Jaſpis* &c. quæ omnia à combinatione principiorum diversâ, variâ luminis externi reflexione, tincturâ metallicâ foras advenientе, ut & lumine quodam intimo & ſecreto, fortè à materia ſubtili peculiariter captâ, perſpicuitatem congenitam contribuente, deducenda. Quia verò olim geſtavit Aaron duodecim gemmas in pectore, quibus artificioſiſſimè inſculpta erant *nomina* 12. *filiorum Jacobi* ſeu *Tribuum Iſraëlis*, illas hîc ſiſtere placuit, quibus ſingulis litera majuſcula addita, matris cujusque nomen indicat: *L, Lea, Z anzilla ejus, R. Rachelis, B. Bala, ancilla ejus.* ceu videre eſt, apud Celeberr *Geſnerum de Reb. Foſſilib* Ex ſubſequente verò figura videre eſt quadrifariam dividi hoc Rationale, in quo primi ordinis prima Gemma eſt formâ ignea Sardius, tum Topazius, tum ſpeculi inſtar imagines reddens Smaragdus: in ſecundo ordine eſt primo colore ardens Carbunculus, dehinc gratiſſimus Sapphirus, & Jaſpis: in tertio Lyncurius de quo Veteres tacent, hinc Achates & Amethyſtus: in quarto prima eſt Chryſolithus, hinc glauca gemma Beryllus & Onyx:

Rationale

Rationale Aaronis, *Hoſchen Hebraicè*, diſtinctum Coloribus V. Aureo, Hyacinthino, Purpureo, Coccineo, & Byſſino.

*E S. Patre Epiphanio Epiſcopo Cypri.*

Sardonyx in humero

| | | |
|---|---|---|
| 1. *Sardius* Ruben. *L.* | 2. *Topaſius.* Simeon. *L.* | 3. *Smaragdus.* Levi *L.* |
| 4. *Carbunculus.* Judas. *L.* | 5. *Sapphirus.* Dam. *B.* | 6. *Jaſpis.* Naphthali. *B.* |
| | URIM THUMMIM. | |
| 7. *Lincurius.* Gad. *Z.* | 8. *Achates.* Aſer. *Z.* | 9. *Amethyſtus.* Iſaſchar. *L.* |
| 10. *Chryſolithus.* Zabulon. *L.* | 11. *Berillus.* Joſeph. *R.* | 12. *Onyx.* Benjamin. *R.* |

Altera in altero.

Ex *Urim & Thummim* reddebantur oracula. Et quamvis inter Theologos variæ ſunt opiones ac primarii inter eos, judicium potius in hoc myſterio ſuſpendant, probabile tamen videtur illic aut fuiſſe ignem naturæ ſecretum, ſub altari quandoque à Propheta occultatum, vel quod magis vero ſimile erit, fuiſſe illic velut in centro gemmas fulgentiſſimas, quibus Nomen DEI proprium inſcriptum erat, id eſt, nomen tetragrammaton יהוה. Neque verò ſine cauſa Deus ejuſmodi gemmarum ſplendores diligenter conſiderandos voluit, ut nimirum præter alia documenta perpenderent inenarrabilem corporum ſuorum in alterâ vitâ gloriam, quæ quibuſdam adeo res ridicula habita fuit, radiabunt namque tam oſſa noſtra inſtar adamantum, fulgebunt muſculi & viſcera inſtar carbunculorum, cerebrum pellucidum erit ut humor cryſtallinus in oculo: pili habebunt colorem chryſolithi, ungues margaritarum & ſic deinceps.

Ratione

Ratione *magnitudinis* dividuntur *Lapides Pretioſi*, ut Vulgares, in *majores* & *minores*: *Minores* illi ſunt quos modo *Gemmas* in ſpecie appellari diximus, ut ſunt v.g. *Adamas*, *Granatus* &c. *Majores verò* qui vel ob magnitudinem, ex ſucci copia uberiori, ut *Jaſpis*, *Cryſtallus*, *Topacius* &c. vel pulchritudinis defectum ut *Onycha*, *Crapaudina* &c. è *Gemmarum* cenſu excluduntur. Quæ diviſio quia magis recepta, ordine de ſingulis quædam *in ſpecie* dicemus.

## CAPUT IV.

### *De Lapidibus pretioſis minoribus ſeu Gemmis in ſpecie earúmq; Virtutibus.*

LAPIDES ejuſmodi pretioſi minores meritò præ reliquis in Regno Minerali, quod ſplendore ſuo irradiant, maximóque pretio quo venduntur, nobilitant, conſiderantur. Sunt verò lapides *parvi*, quia nunquam aut rarò ovi gallinacei magnitudinem ſuperare viſi; *rari* quia in paucis Provinciis haud copioſè reperiuntur; *pulchri*, quia colore, diaphaneitate, radiorum reflexu & figurâ concinnâ viſui grati, idque ut dictum, ob ſubſtantiæ puritatem, continuitatem, homogenearum partium in eadem rectâ linea collocationem; *Duri* ſunt quia nec digitis teri, nec ferro ſcindi poſſunt, ob firmam partium adhæſionem: hinc differunt *à ſuccis concretis*, ut & *lapidibus* pellucidis, duritie vitreâ ſingulari, talitérque etiam diſcernuntur ab *adulteratis* & *factitiis*, quarum hinc *elaboratio* etiam noſcenda erit, quæ talis eſt: ℞. *Silic. candid.* abſque ullis venis *q. pl.* Committantur Xbulo forti & △ni exponantur donec bene candeant, conijciantur in ▽am frigidam, ita enim rimas contrahunt, hoc ter quaterve repetendo, donec ſilices in pulverem digitis conteri queant, terantur ſuper prophyritem, & trajiciantur per cribrum anguſtum; Cujus Maſſæ ℞. ℥. iv. 🜔is 🜿ri, ℥. j. ß. Terantur ſimul & exactè miſc. & in crucibulo forti excoquenda igni tradantur, ita enim concreſcent in *Cryſtallum*, quam ſi diverſis coloribus exornatam volueris, *Crocos metallorum* (qui nempe ita parantur: ℞. 🜔 🜿ri ℥. j. fund. in Xbulo, fuſo adde 🜍tis ʒam unam vel alteram, expecta donec 🜍 fuerit combuſtum, huic fluenti 🜔li committito laminam metallicam quamvis, & 🜍ris puriſſimi ʒam addito, quæ ſolvetur ictu oculi citius in pulverem tenuiſſimum ſeu Crocum quem ▽â pluviâ abluito & exiccato in auxilium vocato, ex quibus ♀ris *calx* conſtans tibi dabit *cæruleum* ♂ *ti rubrum*, ☽*æ flavum*, ♃*is lacteum*, ♄*ni flavum* ſeu *hyacinthinum* ♀*ris* & ♂*ti* combinati *croci* delineabunt. *Viridem* itidem faciet *Crocus* ☽*æ* & ♀*ris*, ♂*tis* & ☽*æ* detingent *Violaceum*. Sic procedito. ℞. Pro ſingulis ℥.iij. *Maſſæ gemmæ*.

*Cro-*

Digitized by Google

*Croci* ♀*ris gr.* xv. vel xx. & obtinebis pulverem *cæruleum*; ℞. *Croci* ♀ & ☽*æ ana* ℈.ß. & obtinebis *Viride* & ita procedendo ex coloribus primariis diverſimodè inter ſe mixtis facilè *Colores ſecundarios* deduxeris; *Rubrum* enim cum *flavo* dat *aurantium*; *Rubrum* cum *cæruleo* dat *Violaceum* ſeu *Amethyſtinum*. De his conſule ulterius, *Artem vitriariam Neeri* cum *Notis Kunckelij*, *Merettum* item & *Keslerum*, *Magiam naturalem à Porta*. Quidam etiam Colorem introducunt ſeq. modo: *Cryſtallum* elaboratam & politam igni exponunt donec candeat, calentem conijciunt in 🜄 tinctum, ſed dubium eſt experimentum, funduntur enim & fatiſcunt cryſtalli maxima ex parte. Quidam autem *gemmas duplicatas* faciunt mediante *lachrymâ maſtiches*, eámque coloribus diverſis inficiunt, ut ♁*ri*, *lachrymâ ſanguinis Draconis*, *Ultramarino* & ſimilibus, de quo videatur & *Hieronymus Cardanus de Subtilit. Lib. VII.* qui *tres adulterandi gemmas modos* detegit ac quomodo falſæ gemmæ dignoſci facilè poſſint ex annuli v. gr. converſione, angulíque & lateris, quod dilutioris coloris videtur, inſpectione ingenioſè proponit. Atque hæc ideo adducta ſunt, ut geneſis horum Lapidum multò clarior ſiſtatur ac etiam virtus eorum magis inde pateſcat, nimirum ut illi qui gemmas adulterant metallis ut plurimum abutuntur, ut hinc tales gemmæ ſpuriæ veris aliquantò ſint graviores, ita ſimiliter dum Natura gemmarum productioni incumbit, adſciſcit ſibi exhalationes metallicas, pro quarum hinc varietate & diſpoſitione varii Colores ac etiam virtutes Gemmarum reſultant, ſic namque ſi 🜍 aliquod ſolare inter Gemmarum primam materiam ſe ingerat *Rubinus*, *Granatus* &c. inde emergit, ſi de argeneis exhalationibus quid immiſceatur *Saphirus* colore cœruleo prodit, de cupreis *Smaragdus* colore virideſcente, de martialibus *Topaſius* colore fuſco, &c. quæ exhalationes aut fluores metallici quia tam arctè & intimè cum gemmis combinantur, fit, ut difficilimè & non niſi ſubliniori mechanicâ Tincturæ Gemmarum inde elici poſſint, doleántque Gemmarum non minus quam Corallorum, Perlarum & Auri & Argenti virtutes, ut loquitur *Crollius Baſil. Chym. p. m. 126.* reliquorúmque metallorum ſe fruſtra in mundanam provinciam veniſſe, neminem eſſe qui ſanguinem ſanguineúmque colorem, quem intra ſe occultant, manifeſtet, quo ſic præparata ſanguinem noſtrum immutare & ad ſuam complexionem elevare poſſint. Verùm ſit, quòd Gemmæ intus ob fortem earum coalitionem parùm corpori emolumenti præſtare poſſint Tincturáque illarum de 🜍re metallorum participans tam pauca ſit, ut ex Granatorum v. gr. ℔. j. vix ℨ. ß. videatur haberi poſſe, attamen *externè*, ſi fidem habere velimus *Alberto Magno*, *Hiebnero* aliíſque à partibus *Chaldæorum* hac in re ſtantibus, miras Gemmis vires attribuere licebit maximè dum muleti loco uſurpantur, quorum virtus ſecundùm *Ettmyllerum Chym. experiment. Lib. II. Sect. I. Cap. VIII.* exoritur per radiativam quandam operatio: em

à ♀re antedicto metallico, à quo & gemmæ habent tincturam; Sic namque, atteſtante eodem, Jaſpis in hæmorrhagia tum narium tum uteri appenſus optatum tuliſſe viſus eſt auxilium; *Saphirus* oculos in variolis & lippiditudine juvat, item carbunculum peſtilentialem excidere facit, ſi eo circulus circa hæc ducatur, de quo *Marcus Marci in Philoſoph. Veterum reſtit.* ſic refert *Paracelſus Chirurg. Magni Lib. III. Cap. VI. p. m.* 116. Saphirum eſſe ex tranſplantatione factam gemmam; Laſurium verò lapidem nil niſi tranſplantatum argentum vel extractionem ab argento tranſplantatam, nam argenti naturam amiſit & ab argento jam aliud atque diverſum quid exiſtit. Topaſius, ſecundùm eundem, eſt ex minera martis, eſtque ferrum tranſplantatum; Adamas autem eſt ex ſecunda tranſplantatione; Smaragdus denique eſt cuprum tranſplantatum, ut de reliquis jam nil dicatur, quæ ex fructibus Elementi aquæ extractiones ſunt: quibus ſatis patet gemmarum originem ac etiam vires hinc metallico ſucco vel ſulphuri attribuendus eſſe, id quod præprimis etiam agnovit *de Monte Snyders Tr. dè Medic. Univerſ. Cap. XVI.* qui pro varietate ♀ris metallici vel ☉ris vel ♃lis Lapides ejuſmodi juxta cæli afflatum influxúmque aſtrorum unà quoque participare contendit, ſic namque Saphirum vires de ☽â obtinere, ac etiam hinc velut ☽tum in capitis & cerebri affectibus conducere, dum fortè materia ſubtilis ex aſtris copiosè emanans & in gemmam transfuſa aliter ſic à gemma modificatur & à ♌u ipſi gemmæ natalitio in influentiam pro natura ſua victricem diſponitur, ceu aliàs mutuus conſenſus dabitur inter gemmam & hominem gemmam geſtantem, ſi vera ſunt, quæ Boëtius, Rueus, aliíque referunt de mutato colore nitido gemmarum in obſcurum, ſi homo gemmam v. gr. Turchoidem geſtans morbidus ſit vel moriatur. Hinc namque cum Hermete Triſmegiſto, Cœlum Gemmis occultas proprietates transfundere omnino ſibi perſuaſum habent, maximè dum lumine & perſpicuitate cœlo quadantenus patentiores demonſtratæ ſunt, ejúsque actionem perfectius admiſerunt conceperúntque & hinc in parva mole magnos mirificósque promunt affectus, ac etiam in Vegetabilia, quæ obſcurioris ſunt ſubſtantiæ, cœlum tam egregias potentias inſinuârit, Animaliúmque motus tacitíque concentus cœlicis corporibus concordent, unde ſimiliter hominis ſpiritus affecti ſpecificis pateant Gemmarum proprietatibus, qua ratione Topaſium, Carbunculum, Adamantem, occultis gratiarum proprietatibus, præditas eſſe confirmant prædicti Auctores aliique non pauci nec incelebres Viri, ut non de glutitis tantùm, ſed etiam geſtatis ſuas edere liceat, cœlicas potentias, primùm quidem in hominis ſpiritus, demùm in humores & ſolidiores ejus partes, quibus à peſte & venenis defendantur, ut ut minimè negandum ſit, difficillimè omnium gemmas in ventriculo reſolvi.

CAPUT

Digitized by Google

# CAPUT V.

## *De Adamante, Rubino, Granato, Hyacintho, Sapphiro, Smaragdo, Chryſolitho, Topazio, Turcoide, Bufonio, Opalo, Oculo mundi, Oculo Catti.*

ADAMAS Gemmarum Rex ab indomitâ ſuâ vi (Ἀδάμας enim à δαμάζω Domo) nomen habet, eò quòd duritiei ſit inenarrabilis, omnémq; reſpuat ictum, contemptor item victórque ſit ignis, etiamſi multos dies in eo perſeveret, uti Veteres, *Plinius* maximè aſſeruerunt, quamvis ejuſmodi duritiem multùm mitigent Moderni, qui nullum hoc ſeculo verum Adamantem repertum eſſe referunt, qui in pulverem malleo redigi non poſſit & ignis ardoribus tandem liquari. Generoſiſſimus tamen ſelectiſſimúsq; Adamas ille habetur qui jam dicta multùm invictâ naturâ præditus, cryſtallo paulò obſcurior ferrum candens nitore refert, cœruleóque quodam interfuſo ſplendore ita quidem refulget, ut flammeum ſolarémque quendam radium evibrare videatur, quales radii pro variâ luminis incidentiâ, velut in priſmate, ac etiam tincturæ approximatione modificantur, ut colores Iridis inde repræſententur. Ortum ejus ſpecialiùs deducunt nonnulli ex ♒u ⊖is puriſſimo, △is ſubterranei vi per intimas montium fibras exaltato & in rupem poroſam delato, paranympho ſpiritu coagulatorio concurrente. Quia verò arctiſſima eſt particularum adamantinarum invicem connexio, poríque & interſtitia inter illas ſummè anguſta, fit, ut Adamas magnetem liget & viribus privet, effluviis magneticis in motu ſuo & penetratione ab ejus textura firma ſic inhibitis: Aſtrologi Adamantem dicant Lunæ, eique Philoſophi quidam, maximè quibus cum *Alberto Magno*, *Hermetis* & *Magorum* ſententia haud adeo abſona videtur, divinas tantùm non attribuunt Virtutes; ſic contra *venena* & *incantationes* amuletum eſſe præſentaneum teſtantur qui Adamantem præſenti toxico madere aſſerunt; ſic *inſaniam, metus vanos*, ac terrentia *ſomnia* arcere fertur: Hinc & quibuſdam *Gemma reconciliationis* dicitur, eò quòd hoſtilem demulceat furorem & conjugum amorem foveat, item quòd mulieris capiti ſubdita adulteram eam declaret adamantéque indignam ſi virum tum averſetur, quod quia difficillimè concipi poteſt pro incerto nobis habetur, ut ut aliàs effluviorum, uti cap. antec. dictum, in ſpiritum humanum efficaciam permagnam eſſe ſtatuamus, quibus ille modificetur variéque diſponatur & afficiatur.

II. RUBINUS coccineo ſeu ſanguineo colore nonnihil ad cœruleum declinante ſplendet, cujus tamen rubedinis ratione ex ſucci, quo in Inſula



Digitized by Google

maximè nutritur in ſuâ matrice, Balatium dictâ, varietate, varias poſt appellationes ſortitur, nimirum Balaſſius dicitur, quando exiguam valde habet rubedinem, Spinellus quando rubicundior balaſſio, *Rubiceſſus* quando ex his duobus mixtum colorem habet, *Rubinus* verò propriè verè rubens & diaphana gemma, per tenebras in ſpeciem blandę cujuſdam ſcintillæ micans. *Vires* Rubini quod ſpectat, illum contra peſtilentem aërem pro inſigni amuleto portant & contra terrentia ſomnia, prout & *Gabelkoferus* de ſe refert, verum eſſe quod dicitur illum colorem mutare ſi quod infortunium homini immineat illúmque in priſtinum mutare ſi ex voto demum res ſuccedat.

III. GRANATUS minus grato colore ſplendet ac Rubinus & quaſi illi opaca quædam umbra vel nubecula offunderetur; Hinc nec rarus adeo eſt, infantibúsque integræ coronæ velut ad collum appenduntur: variat itidem colore, quidam enim magis nigricat, quidam minus colore violæ Martiæ ipſi admiſto, quod non ſaltem de Granatis Orientalibus ex India, Cambaia, Æthiopia allatis quàm occidentalibus intelligendum. Quoad *Vires Granati* illum melancholiæ adverſari & cor reficere credunt, unde & Electuariis & ſpeciebus Cordialibus illum quidam permiſcent præparatum; Præparatio verò ejus communis hæc eſt; primò ignitur & in Oleo ⊖is extinguitur, donec ſolvatur, dein affunditur Oleum 🜍 & in lactis cremorem quaſi coagulatur, unde lavatur & uſui ſervatur. Verùm taliter ſulphur eorum potius invertitur, cujus ratione Gemmæ primariò agunt, ceu ad nobiliſſimum ejuſmodi ſulphur quàm maximè reſpiciundum in CARBUNCULO quem ſupra aurum Naturam extolliſſe *Joh. de Monte Snyders Tr. de medic. univerſ. C. XVI. p. m. 77.* docet, dum in vitrum illum fabrefecit, ſulphúrque hujus 🜍ur ☉re in confortando corde antecellit. De hoc verò quia elegantem *Franciſci Spinolæ Mediolanenſis* epiſtolam in Mn. Scr. Epiſtol. Clariſſimorum Virorum ſuperioris ſeculi hactenus ineditarum oſtendi, eam hîc apponere lubuit.

*P. F. S. Mediolanenſis, Franciſco cognomento Polo, Brixiano Sacerdoti optimo ſuo. S. D.*

QUod quæris à me de *Pyropo*, qui *Antrax* etiam, vel *Carbo* appellatur, ſitne gemma, an colòr, vel utrumque potius, id quàm breviſſimè fieri poteſt, explicabo. Tua enim fides & integritas, & perſpectiſſima mihi in me benevolentia, facit, ut omnia pro te mihi ſuſcepta jucundiſſima eſſe videantur. *Pyropus* igitur gemma eſt, inter alias (*Opalum* ſemper excipio, ut nitore Antraci, purpura Amethiſto & viriditate Smaragdo excellentem) univerſas longè multúmque præſtans. Cujus quidem *tria* ſunt *genera*: *primum*, quod Perſæ marem vocant, Pegi ſcilicet Indiæ oppidum mirabili de magnitudine ſplendoréque magis, quam ſpecies aliæ precioſum parit. Etenim propriam accepit à Natura lucem, quâ nocte obſcura tamq; Solis fulgore exedræ collucent & illuſtrantur: *ſecundum* autem quædam Troglodytarum regio in Lybia generat, ſi ponatur in aqua in tenebris coruſcat. *Tertium* poſtremò genus vile, quod quidem fœminam Medi, ſed noſtrates Rubinum appellant, ſuo non utens lumine alieno accenditur. De iis videlicet permulta conſcribunt & *libro XXXVII. cap. VII. Plinius*, & *libro II. tractatu II. Albertus* & *XVI.*

& *XVI, volumine Cap. V. Iſidorus*, & *Cap. X. Marbodeus Gallus. Hieronymus* prætereà cognomento *Vida libro Chriſtiados' primo*, Magdalenæ ornamenta perſequens ait, *media micat ardens fronte pyropus*. Tamen color ille, qui ardorem igneum videtur imitari, à Poëtis conſuevit pyropus vocari: Ut *Lucretius* de columbarum pluma ſcribens *Libro II. inquit:*

*Namque aliàs fit uti claro ſit rubra pyropo.*

Et *Ovidius in ſecundi Metamorph. libri initio:*

*Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,*
*Clara micante auro, flammâſque imitante pyropo.*

Et *Libro IV. Elegia XII. Propertius* de primo militiæ Romanæ tyrocinio verba faciens:

*Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.*

Atque ſolummodo veterani, & milites prætereà alii, qui armorum in certamine ſpecimen aliquod dediſſent, ſuique periculum feciſſent, ita pictis ornabantur clypeis: at quoniam alba ſcuta tyro exercitus ferebat, nono Æneidos libro dicit de Helenore *Vergilius:*

*Mæonio Regi quem ſerva Lycimnia furtim*
*Suſtulerat: vetitiſque ad Trojam miſerat armis:*
*Enſe levis nudo, parmâque inglorius alba.*

Quo pacto autem illiuſmodi colorem antiquitas compoſuerit *Libro XXIV. in extrema Capitis VIII. parte*, his verbis docet *Plinius*; Coronarium (hoc eſt, *æs Cyprium*, quod vulgus *bronzum* nominat) tenuatur in laminas, taurorúmque felle tinctum ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet: idémque in uncias, additis auri ſcrupulis ſenis, pertenuis pyropi bractea igneſcit. Atque ſimilis color eſt tempeſtate noſtra ab opificum induſtria ita comparatus, ut ligneis cum tabulis primo quàm tenuiſſimas argenti bracteas conglutinent, deinde eo colore liquido qui grana Laccæ ab ipſis vocitatur, illas diligentiſſimè pingunt. Verùm, ne hæc in longius ducam, cùm ſic loquuntur poëtæ, *Parma picta fulgebat inducto pyropo*, ita debes interpretari, Rubro colore parma picta non minus, quàm pyropus, videbatur fulgere. Primo diluculo hæc pauca ſcripſi ex tempore, cum multa mihi conficienda eſſent negocia. Si rem cupies pluribus explanari, meque tuæ voluntatis facies certiorem, te libenter hodie domi expectabo. Vale. *Brixiæ* III. Calend. April. cIↃ IↃ LXI.

IV. HYACINTHUS colore itidem rutilo minii inſtar tingitur vel etiam croci, aut ſuccinum flavum æmulatur aut album, quales tamen omnium viliſſimi. Dantur tam orientales ex India, Æthiopiâ item, quàm Occidentales ex Sileſia, Bohemia. Vires ejus eſſe ſomnum provocare, contra toxica & peſtem valere, exhilarare hominem & à fulgure portantem defendere ferunt.

V. SAPPHIRUS cœleſti cœruleo colore conſpicuus eſt, qui ſi ſit ſaturatior, Mas, dilutior magiſque albicans, Fœmina vocatur, iſque vel ex oriente vel occidente habetur. *Vires* ejus ſtupendæ referuntur tam in animam quàm córpus, nimirum quòd animi in Deum propenſionem conciliet, iram frenet, contra fraudes & triſtitiam polleat. *Oculorum* verò maximè *inflammationibus* & *humiditatibus* mederi teſtantur, dum & *butyro* mixtus palpebris illinitur, id quod abſorbendi & invertendi vi præſtare poterit, ſicut ob adſtrictionem quam in ſe habet, fluxus alvinos varios, hæmorrhagias item ſiſtere valet; quem in finem quoque ℞ *Smaragdi* à Chymicis parata commendatur, maximè ſi ſit radicalis per 🜊 radicatum vel liquorem alkaheſt, cujus tamen in defectu, ſic aſſequi poterit ℞ ſapphiri ut & ſmaragdi, in paſſionibus archealibus, quæ cum ſpirituum fugâ re-

ceſſu ac eorum velut concentratione contingunt ſec. *Excell. Köferlinum Diſquiſ. Med. de Spirit.* §. 155. ℞. harum *gemmarum pollinem*, eique affunde ♒*um* ⊡*a ſolventem* & digeſtioni committe, & poſt paucos dies extrahetur ℞ ex ſaphiro *cærulea*, Smaragdo autem *viridis*, quam decanta, repetendo menſtrui affuſionem usque amplius non tingatur, poſtea verò ♒um ⊡æ per phiolam (impoſito alembico) leni calore abſtrahe reſiduóque affunde 🜄 *rectificatiſſ.* & ſic obtinebis elegantem ℞am. Aliis pro arcano communicatum, gemmarum pulverem ſæpius ♒*u roris majalis* irrorandum eſſe, ex quo poſtea per ☾ pelli poſſit *Oleum* miræ virtutis; qui modus reliquis nobis præfertur. Cæterũ dicitur aliàs Saphirus ab Homine venereo nitorem amittere ceu & de eo refert *Helmontius Magnet. vuln. Curat.* §. 34. *p. m.* 754. quòd ſi anthracem quo peſtis ſe ſe prodit, attigerit & aliquamdiu affrictus fuerit, mox verò auferatur, non ceſſet magneticè jam abſens gemma virus totum è contaminato attrahere, modo id viribus nondum debellatis fiat.

VI. SMARAGDUS virenti jucunditate amœniſſima prata proximè repræſentans oculos conſtanter ſatiat, hoc verò quia quàm maximè præſtant Scythicæ & Orientales, reliquas antecellunt, quamvis in Angliâ non ignobiles habeantur, ut & Cypro, qui cupri hinc tincturam poſſidet, ceu & lapidi lydio affricatus occidentalis ſmaragdus æris colorem reddit, teſte *Scaligero*. Ejus matrix ſæpe Praſius, cujus viror dilutior eſt, exiſtit. *Vires* ejus feruntur eſſe à morbo comitiali præſervare ſi à collo ſuſpendatur, item partum promovere, ſi coxæ alligetur, maximè verò Venerearum rerum impatientem eſſe, prout *Albertus* ille *Magnus* aſſerere haud veretur, Regi Hungariæ cum uxore rem habenti ſmaragdum annulo inſertum in tres fuiſſe divulſum partes. Intus exhibitus dicitur contra *venena* prodeſſe *peſtém*que fugare; Sic namque eſt ingrediens *pulveris prophylactici* ſequentis: ℞. *Smaragd. Hyacinth. præparat. ana* ʒj. *C. C. uſt. præparat. Corallor. rubr. præparat. ana* ʒij. *Sacchar. perl.* ℥j. *M. S. f. Pulvis.*

VII. CHRYSOLITHUS colore viridi ſmaragdo dilutiore eſt cum nonnullâ flavedine, vel etiam aureum fulgentem colorem habet, & *Chryſopatius* vocatur: ſelecti habentur ex India, ac etiam è jugis Myſinacis. *Vires* ſunt antimelancholicæ ſi ad *gr. XV.* exhibeatur, ſic enim deſperatos ſe curaſſe intra octo dies *Cardanus* teſtatur.

VIII. TOPASIUS aureo colore eſt translucidus, præſertim Orientalis. *Vires* ejus adverſùs ſanguinis eruptiones tribuuntur, nec deſunt qui facto periculo audeant affirmare quòd in aquam ferventem injectus illius fervorem ita temperet ut in illam nuda manus absque læſione immitti poſſit.

IX. TURCOIS à Turcis à quibus adfertur dicta, gemma eſt non trans lucida

lucida, ex viridi, albo & cœruleo colore miſto prædita, viride æris exactè referens. Miræ hujus *vires* referuntur ſi v. g. accidat ut quis caſu quocunque modo periclitetur, aut adverſâ ſit valetudine, facere gemmam hanc ne geſtans eam lædatur, ipſamque gemmam aut rumpi aut à colore remittere & palleſcere, ceu non ſaltem ex *Boëtio* ſupra retulimus, ſed & ſimile exemplum adferre ſe poſſe ſcribit *Ol. Wormius*. niſi quis ex *Anshelmo* petitum quis putaret, qui & ingenioſè rationem mutati coloris, dum portans illam æger eſt, acceptam refert molliori hujus gemmæ texturæ, quam tenues halitus morbifici inficiunt nitorémque ejus obſcurant, haud ſecus ac aliàs ⊖lis ♓ci & ♆ti beneficio hæc gemma priſtinum nitorem recuperare valet.

X. Bufonius Lapis non in capite bufonum, unde falsò etiam Crapaudina dicitur, ſed etiam in calcariis petris, ſaxis fungi inſtar naſcitur, & rectius hinc cum Ampliſſ. *Bauſchio Tr. de Hæmatit. p. m.* 72. *Lapis conchites* appellandus; Eſt verò lapis opacus, duritiei ſiliceæ magnitudine unguis digiti, coloris ut plurimum griſei, ad rubedinem quandoque tendens, oculi modo convexus, alterâ parte magis planus. Vulgus eum argento annulis includit ac de collo ſuſpendit, ut affrictus oculorum inflammationes mitiget, prout contactu & affrictu Tumores & inflationes à venenatis animalibus vel ſuccis plantarum acribus inductas certò diſcutit, uti obſervationem producit *Wormius* cujusdam ex ſucco eſulæ tumorem faciei patientis, qui mox affrictu Lapidis levamen ſentiit.

XI. Opalus elegantiſſima gemmarum ex eodem puncto varios colores ad inſtar iridis ſed mirum in modum temperatos reddit, adeo ut compendium omnium gemmarum habeatur & palma ei inter omnes deferenda, dum & ars nullo modo hanc colorum ſolertiam imitari valet. Eſt verò unus altero nobilior, ſicut à nobilitate hujus deſciſcunt qui ex nigredine igneum carbunculi fulgorem mittunt, aut flaveſcunt magis, aut ex altero latere, ſi luci obvertantur, lucere videntur. *Vires* ejus ex coloribus æſtimantur, ita ut omnium gemmarum virtutes æquè ac colores natura velut in centrum direxerit; unde præcipuè geſtatus dicitur oculorum conſervare aciem.

XII. Oculus Mundi opali modò nonnihil perſpicua eſt onychémq; quodamodo referens gem̃a; Dicitur aliàs *Lapis mutabilis* in *Muſeo Calceolariano*, quia nimirum, atteſtante etiam *Boyleo Diſſert. de Adamante in tenebris lucente p. m.* 43. tantam patitur in texturâ ſuâ mutationem, ipſum ſolummodo in liquorum languidiſſimo ▽â communi relinquendo, ut ex opaco evadat tranſparens, acquiratq; jubar quo iterum privatur, absque ullâ alia arte vel vi, ipſum ad tempus aëri expoſitum relinquendo.

XIII. Oculus Catti quòd oculorum felium inſtar coloribus variis

riis miſtis niteat modò clarius, modò obſcurius, ita dictus à *Cardano Pſeudopalus* vocatur; Eſtque gemma hæc tanti apud Indos pretii, ut ſibi perſuaſum habeant, ejus qui hanc poſſidet facultates non poſſe imminui, ſed ſemper indies augeri incrementúmque facere.

## CAPUT VI.

### *De Lapidibus pretioſis majoribus Cryſtallo, Jaſpide, Heliotropio, Malachite, Praſio, Nephritico, Achate, Onyche, Calcedonio, Carneolo, Phengite, Amethyſto.*

INTER Lapides pretioſos majores ⊟LUM primo loco ponimus, tum quia corpus & communem gemmarum omnium materiam præbet, tum quia notiſſimus eſt, tum & Adamanti, quem primò locavimus inter gemmas minores, colore & figurâ affinis eſt, niſi quòd præterquam alii lapides pretioſi pellucidi, mollior ſit minúsque ſtrictæ compagis, ex ſucco lapidifico ſcilicet depurato, ∽uque auſtero illum conſtringente ac fixante ortus, unde ſi Ϙli decenter tractetur, *Helmontio* teſte, ille reduci poteſt in aquam inſtar glaciei, quare etiam pro ratione hujus ex ⊖le nitroſo partes ▽æ fluidas in quietem reducente, videtur ⊟lus ▽æ certæ (prout Bononiæ in Muſæo elegantiſſ. *D. Zannone* guttulas aqueas mobiles in ⊟lo conſpexi) natales attribuere, quæ particulis arenoſis diſſolutis prægnans à ⊖e quodam auſtero magis figitur & in tale corpus diaphanum abit, quod etſi calcinetur, ex dominio ⊖is ejuſmodi auſteri non in ▽am ut glacies aliàs, ex qua, quia ubi hibernæ nives maximè rigent, reperitur Veteres eum, oriri ſtatuerunt, calore ſolvitur; Quia verò figuram hexagonam in concretione ſua tam conſtanter obſervat & lapidibus adeo tenaciter adhæret, ut ægrè inde divellatur, ſuſpicari quis poteſt, certam præcedere percolationem materiæ lapideſcentis, ∽túmq; in motu certâ ratione & norma velut hîc operari, prout & materia ſolaris (Soli aliàs eum quoque attribuerunt Veteres) per poros ejus rectos liberè pertranſit, eúmque diaphanum reddit. *Vires Cryſtalli* quod ſpectat, quia mollis ejus eſt textura & ſpongioſior ratione aliarum gemmarum, nihilominus ejus particulæ ſatis duræ ad reſiſtendum, fit, ut egregium ſit temperans humorũ acrium, rodentium, præcipuè bilis æruginoſæ, cujus tincturam mineralem in corpore æquè ſuſcipere valet, ac aliàs per alchymiam mineralibus certis colore vario tingitur, velútq; lana nitida faciliùs imbui poteſt, hinc in *torminibus atrocibus Infantum*, eorum *nocturnis pavoribus* inde oborti egregiè prodeſt, ac etiam quia ♉um coagulum domat, Lac auget, v. gr. in hoc pulvere, ℞. *⊟ſtalli ppt.* ℥. j. *Sem. aniſ. fænicul. Croci ana* ℨ. ij *Margarit ppt.* ℨ. j. *ſacchar.* ℥. xij. *MS. f. Tragea*: Sic & ingrediens eſt *Secreti ad Vertiginem*

nem

*nem Celeberr. D. D. Wepferi*, cujus præſtantiam & ipſe expertus ſum: ℞. *Rad. valerian.* & *pæon.* menſe Auguſt. ante ☉ ortum collect. *ana* ℥. ß. ⊟*ſtall. montan.* ſæpius vel octies igniti & in *aq. betonic.* extinct. ʒ. ij. *Nuc. moſch.* in ſucco citri macerat. & exiccat. *ana* ʒ. j. ♁ *baris nativ.* ℈. iiij. *flor. euphraſ.* ʒ. j. *ſacchar. alb.* ad pondus omn. *Doſ.* ʒ. ß. cum *aq. beton. ſalv.* aut alia *cephal.* ſenibus aut valde phlegmaticis adde *cubebar.* ʒ. j. Ejuſdem quoque *Pulvis* ⊟*ſtallorum compoſitus* in *Arthritide vagâ* cum ſucceſſu à me præſcriptus: cujus compoſitio hæc eſt ℞. *Nuc. moſchat. in ſucco citri & acetoſ. per* 24. *hor. macer.* ℥. j. *Rad. aron. ppt.* ℥. j. ʒ. iij. *Fecul. aron. bryon. ana* ʒ. v. ⊟*ſtall. alb.* ignit. ter vel quater & in *aq. betonic.* extinct. pulveriſ. *ſuccin. alb. ppt. Tabul. Manus Chriſt. ana* ℥. ij. *MS.* f. *pulv.* Dehinc ℞. hujus *pulver.* ⊟*ſtall. compoſ.* ℥. ij. *Lumbricor.* 🜃*ſtr. ppt* ℥. j. ß. *Bezoar. orient.* ʒ. ß. *ſacchar. alb.* ℥. ij. *MS.* f. *pulv. Doſ. à* ℈. j. ad. ʒ. j. In *dolore nephritico* & *calculo veſicæ* expellendo egregia ſequens ⊟*ſtalli* præparatio: ℞. ⊟*ſtall. mont. puriſſ.* ⊖ *com. ana q. ſ.* pulveriſ. ſubtiliſ. & inde Xbulo candefacto cum operculo, detineatur in calore vehementi per xij horas, pòſt materiam calcina, diſſolve ▽*â pluviâ*, ſolutionem hanc filtra & coagula ad conſiſt. mellis hujus ℞. ℥. j. cui affund. *Vini Gall.* vel *Rhenan.* ℥. xx. digere in ·:· ſpatio 3. dier. ſingulis diebus bis terve agita filtra & uſui ſerva *Doſis ab* ℥. j. ad ℥. iij.

II. JASPIS ex varietate colorum, multarum quoque ſpecierum eſt lapis, quales cenſentur *Heliotropius*, *lapis Nephriticus*, *Malachites*. *Heliotropius*, *Plinio* ita dictus quòd aquæ immerſus radios ſolares quos regerit in ſanguineum colorem quaſi mutet, nunc *Orientalis* vocatur, qui ſi ſubcœruleo viridique colore obſcurus ſanguineis punctis aut venulis conſperſus ſit, reliquis præfertur. Tali parietes columnásq; ſacelli *D. Laurentii* magnificentiſſimè quotidie exornare curat Sereniſſ. Magnus Hetruriæ Dux, quas non ſine ſtupore, uti & menſas alias gemmis variis expolitas in Archivo ejuſdem Florentiæ conſpexi. *Vires* Jaſpidis hujus, experientiâ *Boëtii*, egregiæ ſunt, uti & ſuprà jam allatum, in ſiſtendo ſanguine, roborando fœtu & ſiſtendo vomitu, quod confirmat ulterius *Encelius Lib. III. de Re Metall. Cap.* 71. illâ Jaſpidis Germanorum ſpecie pulcherrimâ, quæ circa *Jenam in Thuringia*, *Altenburgi in Miſniâ* & aliis locis, ſpadicei coloris, quâque in quadam urbe pro ſilicibus ad ignem excutiendum utuntur, reperitur, quòd nimirum hæc Jaſpis contra ſanguinem & fluxum menſtruorum præſentiſſimè valeat, idque expertus ſit, eadémque juvet & partum & tegat conceptum. *Lapis Nephriticus* ut plurimum viridis eſt & quaſi oleoſus nec adeo in coloribus variat ut Jaſpis; ceu & optimæ notæ cenſetur qui ex viriditate nigricat quaſi & opacus eſt. *Vires* ejus ex nomine & plurimis experimentis validiſſimæ ſunt ad pellendum calculum, quem ☽to incluſus & ad carpum vel lumborum regioni applicatus in corpore ita validè movet, ut eum deponere



Digitized by Google

ſæpe coacti ſint geſtantes; Mirum verò texturam ejus mox immutari viréſque imminui, ſi in decoctum herbarum incidat, referente *Wormio* & ex eo *Boyleo*, quatenus fortè pori ejus ita ſunt aperti & modificati, ut materia ſubtilis liberè eos perfluens obſtaculum reperiat, quò minus poſtea illum & hinc in corpus renum penetrare poſſit. *Malachites* nomen habet, eò quòd ſit foliorum malvæ inſtar viridis & mollis; magnus adeò lapis eſt, ut ſæpè pocula & manubria ex eo confici poſſint. *Vires* ejus dicuntur eſſe hæmorrhagiam ſiſtere in vulneribus, vel etiam intra corpus ad gran. vj. purgare, id quod fortè ex ♁lica tinctura procedit: volunt & nonnulli illum à fulgure & tonitru geſtantem præſervare & adverſus ſpaſmum facere.

III. ACHATES à flumine Siciliæ ejuſdem nominis, ubi primò inventus, ita dictus, itidem è cenſu illorum lapidum pretioſorum eſt qui non tralucent ſed ſaltem relucent & variorum ſunt colorum, licet verò concolor hic ſit Jaſpidi, tamen differentia in eo eſt quòd Achates ſit durior & minus opacus, ſicut ab *Oniche* differt in eo, quod hæc circulis variorum colorum cingatur, illa verò quaſdam gerat lineas diſcolores, figuræque variæ à natura ipſi ſint impreſſæ, unde & varia ejus nomina, *Cerachates*, *Hamachates*, *Leucachates*, *Corallachates* &c. prout nimirum hæ lineæ ſuis ductibus arbores, fluvios & animalia pulchrè exprimunt, prout & mirus eſt Achates in *Bibliothecâ Francofurt.* qui cor & pulmones ſimul venarum aliquo ductu egregiè repræſentat; item patina achatina Viennenſis in *Muſæo Imperatoris*, ubi verba hæc ſunt B. XPISTO R. I. XXX. quæ dicitur è theſauro Caroli Audacis Ducis Burgundiæ deſcendiſſe, quorum omnium phenomenon cauſa forte deducenda ex rimis quæ intercurrunt ob ſiccitatem lapidis, quas rimas dein gypſeus aut alius vapor implet, ceu idem quis facere poteſt cum argillâ molli craticulæ impoſitâ, infra quam Carbones poſiti, ſuper quos deinde ceruſſam exhalare quis facit. Quoad *Vires Achatis*, dicitur prodeſſe contra venena Viperarum & ſcorpionum ictus, & animadverſum eſt, quòd ore contentus ſitim febricitantium ſedet, & aquila nido ſuo illum ſupponat.

IV. ONYX gemma eſt polita, albo & nigro zonis diſtinctis conſtans, unguem humanum referens: quando cum Sardo componitur, dicitur *Sardonyx*, ejus coloris dum unguis hominis carnibus impoſitus & utcunque translucidus eſt. *Vires* ejus, *Alberto teſte*, ſunt illapſa in oculos depellere ſordéſque eorum abſtergere, idque præſtat globulis ſummè terſis & politis, quod & faciunt alia corpora lævia: quòd verò idem *Albertus M.* referat hanc gemmam audaciam conciliare, contrarium potius credit *Ceratus in Muſæo Calceol. p. m.* 210. ex ejus frigiditate quæ ſpiritus vitales

conſtrin-

conſtringere poteſt, unde & *Dioſcorides* refert quòd collo ſuſpenſus Onyx triſtitiam mœrorémq; conciliet, & exinde fortè eſt, quòd onyx inſertus ſit, à Magno Prophetâ Moyſe, inſtitutione divinâ, Rationali Aaronis ſuprà allato, quò Deum contrito corde nobis propitiemur.

V, CALCEDONIUS eſt candida onyx, gemma nimirum perſpicua, levi & nebuloſo colore per totum corpus fuſo imbuta. *Vires* ejus commendantur contra timorem, triſtitiam & affectum melancholicum.

VI. CARNEOLUS, etiam *Sardus*, ab inſulâ Sardiniâ ubi reperitur, à carnis colore quem refert cujúsque loturæ ſimilis eſt, ita dicitur, gemma itidem opacior eſt, obſcurâ quaſi nubeculâ perfuſa; melior cenſetur qui multùm rubet & perſpicuus nonnihil eſt. *Vires* ejus dicuntur eſſe adſtringere, menſes & ſanguinem undecunque fluentem prohibere, animum recreare & timorem pellere, quo fine & *Electuario de Gemmis* additus fuit.

VII. AMETHYSTUS ita dicitur quòd ebrietati reſiſtat, idque colorem vini indicare ſuâ ſignaturâ putant, eſt purpurei coloris ex rubro & cæruleo colorémque vini imitatur. Hinc teſtatur de ſe *Ranzovius de Conſerv. Valet. Cap.* 47. *p.m.* 124. ſe hunc in finem ſemper geſtare ſolere in pectore magnum amethyſtum, ſibique videri illum nonnihil præſtare. Dicitur & magnatum gratiam conciliare, ingenium acuere & vigiles reddere.

## CAPUT VII.

### *De Lapidibus minus pretioſis Minoribus, Magnete, Hæmatite, Smiride, Schiſto, Lazuli, Armeno, Lipis, Aſtroite, Judaico, AEtite &c.*

LAPIDES VULGARES ſeu *minus pretioſi*, ut pretioſi, in *minores* & *magnos* dividuntur, qui ambo rurſus ſubdiviſionem, ex particularum componentium & quieſcentium ſtrictiori vel laxiori compage & nexu, admittunt in *Duros* & *Molles* ſeu *ſolidos* & *poroſos*. *Duri* ſunt qui particulas magis invicem compactas habent & in quibus quies contactu immediato continetur. *E Lapidibus minus pretioſis minoribus* qui reſpectu aliorum adhuc pretioſiores, primum deferimus locum Magneti.

I. MAGNES ſtupendum naturæ opificium, quoad affectiones varias, quæ in eo conſiderantur, aptè deſcribitur ab *Excell. Clariſſ. D. Theodoro Zuingero Phil. & Med. D. & Profeſſ.* in *Scrutin. Magnet. Cap. II. §.* 3. quòd ſit lapis foſſilis, ponderoſus, ferrugineus, plus minus friabilis, in ferrifodinis plerumque ex ▽ſtri copioſâ & ♀reo ♂li paucâ materiâ compoſitus

poſius qui certâ pororum ſui corporis configuratione tranſitum materiæ ſubtili magis minus copioſæ permittit, atque ab ejus impetu partim ad polos mundi conſtanti naturæ ordine dirigitur, partim ferrum ad ſe allicit vel à ſe propellit, partim tandem hanc adhærendi virtutem cum ferro ipſo communicat. Nimirum cum ſolertibus ingenioſisque lapidis hujus ſcrutatoribus, ex eo quod magnes in ferrum tandem in terræ gremio maturetur vel etiam ferrum in aëre magneticum evadat, ſtatuendum eſt, virtutem ejus oriri ab habitu in ipſa minera, maximè ſi Terra nil aliud eſt quam magnus magnes, longiſſimo tempore (ex continuo ſc. ſtabilique materiæ ſubtilis tribus ſtriis cochlearum in modum contortæ ab uno polo in alterum fluxu) acquiſito propter ſitum in aliquo meridiano vel potiùs in aliquo circulo maximo eorum qui tranſeunt per polos Eclipticæ, qui poli iidem ſint cum polis motûs ſimilis, qui aliàs in terra ſupponitur, & prout declinatio magnetis præcipuè hoc monſtrat; Quia verò minera illa ♂lis eſt, ac in ipſo magnete ferrei quid, etſi haud adeo apertè calcinatione monſtrari poſſit, latet, colligere eſt maximam eſſe magnetis & ferri convenientiam quoad poros recipiendæ materiæ magneticæ effluviis nimirum ſubtiliſſimis deſtinatos, hac tamen notabili differentia, quod exiguæ illæ particulæ in poris magnetis contentæ vel pororum latera ita ſint rigida, ut ſitum aliquem contrarium minimè acquirere poſſint, quò fit ut in magnete verſus unam ſaltem partem materiæ magneticæ præbeant tranſitum: in Ferro autem quia particulæ ſunt molles & flexiles, fit etiam ut per alteram partem ingreſſum inveniat; Hinc & attractio magnetica fit dum è magnete in ferrum vicinum maxima fertur materiæ magneticæ copia, quæ ferri poros ſubitò aperit, particuláſque illas quibus obturabantur verſus unam partem ita inflectit, ut poſtea eodem modo per ferrum ac per magnetem moveatur, ſicque ipſum ferrum etiam magnetem velut efficiat eíque proprietates ſuas communicet, hoc verò dum fit materia magnetica quæ tum è ferro tum magnete egreditur ipſum disijcit aërem intermedium, uti eleganter *Auctor Scrutinii Verit. Tom. II. Lib. VI. Cap. VII.* & ingenioſus Philoſophus Gallus *Regis in Philoſophiâ ſuâ edendâ* id explicant) qui poſtea vel ferrum verſus magnetem vel magnetem verſus ferrum pellit, vel etiam utrunque ad ſe accedere cogit, præſente unione motuum, de quibus ut & aliis ſtupendis magnetis ex ſpiritu mundi copioſè illum inhabitante actionibus & phænomenis ulterius Phyſicorum præſertim modernorum conſulantur documenta, ex quibus & plurima Magiam quandam redolentia effecta ludicra in lucem protrahuntur, prout ſtatuæ quædam incedere conſpiciuntur magnetico artificio eóque & ſcobe ferri exercitus prælians exhibetur, etiam arietes corni-

bus

bus ſe impetentes, fluctus item maris, ut & hiſtoriæ aliæ in Operibus ita dictis, Venetiis & Pariſiis repræſentari & ludi ſolitis, de quo & ſpecialius Magnus *Kircherus in Opere Magnetico.* *Vires Magnetis medicæ* non ſaltem *externè* ſed & *internè* corpori noſtro proficuæ: ſic refert *Paræus in Oper. Chirurg. Lib. VIII.* de Chirurgo qui magnetem pulveriſ. infantibus hernioſis cum juſculo feliciter exhibuerit, inungendo locum affectum melle cum limat. ♂ ſubtili, continuando 10. vel 12. diebus cum ſubligaculo convenienti; Quia etiam vis in eo eſt ♂lis, ad ferri effectus accedit, prout & rectè *Galenus* aſſerit eum hæmatitis vires habere, adſtringit enim, exiccat & conſolidat, & ob ⊕lum in eo latens (quale ex eo habet ſuprà laudatus *Excell. Zvvingerus*) non mirum quòd *Dioſcorides* referat, illum trium obolorum pondere ad craſſos & melancholicos humores educendos valere ac etiam hydropes, in quo ♂lia aliàs ſummè utilia, curare: *Externè* à *Paracelſo* ejúsque aſſeclis Emplaſtris epiſpaſticis non ſaltem ſed & aliis admiſcetur, uti ingrediens eſt *Empl. Opodeldoch, magnetici* &c. Hinc ſit

α *Magnes præparatus* juxta modum dexterrimi Chirurgi *Fel. Würtzii Chirurg: p. m. 621.* ipſum ſcilicet minutiſſimè pulveriſ. in tigillo igniendo & in oleum ♂tis dulce (unde non parum, quamvis id rideat *Zvvelferus*, confortari ipſum teſtatur Hoffmannus) pari quantitate inijciendo & poſtea igne ſiccando, cujus ℥. ß. plus valet integrâ libera crudi. Taliter, ut dictum, ingrediens eſt optimi illius Emplaſtri vulnerarii *Opodeldoch* dicti, cuius ℥. ß. plus hinc itidem præſtat, quàm decem vulgaris ſtiptici in validè conſolidando vulnere illiúsque ab omni affluxu humorum defenſione.

β *Emplaſtrum magneticum* ex magnete ipſo (unde differt ab illo *Angeli Salæ* quod ex c--oli magnete fit) uſto & ceræ commiſto à quibusdam præparatur ut ferrum in corpore alicubi latens inde meliùs educi poſſit, verum alii hunc effectum magnetem vi ſua attrahendi non ampliùs præſtare colligunt ex eo, quòd oleoſis & viſcoſis ejuſmodi textura magnetis immutetur, quamvis aliàs ex *Monconnys Voyages* colligere quis poſſit, non adeo reſpuere magnetem oleoſas & ramoſas particulas, ex analogia fortè illarum cum materia ſtriata, dùm refert *Kircherum* ſibi naraſſe, quòd ſi conſtituatur magnes ad latus vitri oleo anethi repleti, ita ut poli magnetis ſint perpendiculariter ſupra horizontem, magnetem tracturum inſenſibiliter totum oleum ex vitro.

II. HÆMATITES à virtute ſiſtendi ſanguinem potiſſimùm dictus, cenſetur eſſe lapis mediæ naturæ inter terram, lapidem & metallum, participat enim multum de natura ferri, compactus in lapideam ſubſtantiam ex ramentis & ſedimento, quod aqua ex rubrica vel minera ♂li rubra abraſit, quâ de cauſa & ad cotem attritus ſuccum reddit ſanguini ſimilem. *Vires* lapidis



Digitized by Google

hæmatitis ob 🜍 ♂le in eo minus arctè reclusum egregiæ ſunt, ut etiam quibusdam nationibus pro panacea habeatur, uti legere eſt apud *Polemannum de 🜍re Philoſoph. Cap. X. p. m.* 153. de Scoto quodam, qui Hamburgi ſolo *pulvere lap. hæmat.* cum *ol. deſt. fœniculi* imprægnato quàm plurimos morbos ſanârit, & de *Pruſſis*, quod hoc lapide cum pauco *aceti* aſſumpto mox morboſas incommoditates abigent; imò prout ipſum ♂ in ſe aurei quid continet, ita & in hoc lapide tincturam ☉rem latere probat ejus in 🜆 ſolutio, quæ minimè cedit ſolutioni ejuſmodi ☉ri; præterquam verò taliter inſigne queat eſſe *anticacheticum*, (*℞. Pulv. lap. hæmat.* ℥. ß. *nuc. moſch. q. ſ. ad imprægnat. Extr. croci* ʒ. j. *MS. f. pulv.*) virtus ejus principalis erit in humoribus fluidis nimis condenſandis, fibrilliſque corporis laxis nimis corroborandis & firmandis, ceu hinc in *fluxibus quibuscunq;* egregiè exoptatóque cum ſucceſſu operatur, ac etiam *exulcerationes* tum *internas* tum *externas* ſanat, ceu ad ſpeciales ejuſmodi affectus ſe demittit *Excell. Bauſchius de Lap. Hæmat. Cap. V.* Nos hîc elegantiſſimum proceſſum adnectimus ſequentem, ex cujus titulo de re ipſa cujus ſit æſtimationis, judicare eſt. Eſt is *Elixir Arboris Vitæ* ſeu ℞ ♂tis △lu & *adſtringens.* ℞. *Lap. hæmatit. ſubtil. trit.* ℔. j. ⊖ ✱ *ci* ℔. ß. Terantur exactéque inter ſe miſceantur, committantur cucurbitæ ▽eæ, cui alembicum vitreum adaptato, & inſtituatur ♎tio ex △e nudo ſucceſſive gradus augendo (NB.) ita enim adſcendet primò ♌ ⊡ ✱ ci aliquali flavedine tinctus, hunc ſubſequuntur *Flores lutei* & tandem extrema ignis violentia *Flores aurantii* ℞ ♂tis egregiè exornati: Hos flores concomitari ſolet ♌ quidam ♉*dus* qui nullus alius quam ⊖is communis extremâ ignis violentia colliquati; ubi Alembicus inclaruit, ſignum eſt, omne △le eſſe expulſum ac proinde ab ulteriori opere eſt abſtinendum: ubi vaſa & furnus refriguerint, ex unica hac operatione ſequentia ſibi obtinebit medicamina Chymiatricus: ♌um obtinebit in recipiente ⊡*oſum* △*lem* aureo colore tinctum; cujus vires explorare licet in *obſtructis menſibus, paſſione hyſtericâ*: *Exterius in morbis ſoporoſis* naribus offerri ſolet, acerrimus enim eſt & △lis in ſummo gradu: *Doſis* à *guttis* iij. *ad* viij. vel x. *Flores* ☉*antij* in alembico collecti diaphoretici ſunt, potenter obſtructiones reſolventes: *Doſis* à *gr.* viij. ad xx. His verò floribus ſi affuderis *alcohol vini* ad eminentiam 3. digitorum tranſverſor. & reliqueris per aliquot ſeptimanas in digeſtione obtinebis ℞ *am* ☉*rei coloris*, qualem ex ipſo ☉ro vix arte Chymica elicere licet præſtantiorem, eſtque vocatum *Elixir Arboris vitæ*, reverâ ℞ ♂*tis* △*lis* ⊖le ✱ co △li nobilitata, potenter obſtructiones reſerans. *Doſ.* à *gr.* x. *ad* xxx. in vehiculo convenienti. ⊙ aëri humido exponito, ita enim ſolvetur in liquorem, quem filtrato & obtinebis ſtypticum & adſtringens potentiſſimum & præſtantiſſimum, aurei coloris, in ſe abſcondens nobiliſſimum puriſſimi ♂tis 🜍lum: Hujus *adſtringentis* ℞ *æ*

*guttæ*

Digitized by Google

*guttæ* à v. ad x. in convenientè liquore propinatæ, potenter compeſcunt *Hæmorrhagias* quasvis, *Uteri*, *Narium*, *Pulmonum*, *Diarrhæas & Dyſenterias* uti & *Fluxum album mulierum* adhibitis generalibus, potenter curant; *Exterius* ubi rami majores arteriarum ſunt abſciſſi liquor hîc ſacram præbet anchoram, ſpongiâ enim exceptus & plagæ applicatus illud præſtat, quod à ſtyptico ſperari poteſt; inſuper in *Lienteriâ* ubi fibræ orbiculares ventriculi per nimium potum ſunt nimium relaxatæ, hæc TRa ♂tis adſtringens blandè ventriculum ad officium reducit: *Ultimò* quod remanet, illud in crucibulo forti △i reverberationis cremato ſtrenuè, & obtinebis Crocum ♂tis adſtringentem, magnâ copia, abluendum aquâ roſac. De his vid. ulterius notas *Hoffmanni in Schröderum. Cap. de Lap. Hæmat.*

III. Schistus dicitur lapis hæmatiti conſimilis, quòd videatur quodammodo fiſſus, ferè ad inſtar ♃ci, cujus more in longas rectáſque particulas vel laminas findi poteſt, eáſque ſplendentes & perſpicuas, per quas ſi ſol inſpiciatur, croceus apparet, quamvis reſpectu hæmatitis color magis pallidus ſit, prout & hinc *Vires ſchiſti* ſecundùm proportionem ſunt debiliores, utut nihilominus quid aurei in eo latitet.

IV. Smiris lapis eſt itidem ferrugineus, nigricans, magis adhuc durus quàm nodi in ſchiſto Miſeno enaſcentes, ceu hinc optimè artificibus, Gemmariiſque inſervit ad polienda arma.

V. Lapis Lazuli cœruleus eſt, punctiſque aureis flammuliſque velut exornatur, *Armenus* verò maculis relucet viridibus, cœruleis & ſubnigris; ambo inter fortiora purgantia recenſentur, imò etiam ſi virulentiâ o..c li decenter haud liberentur, inter venena: virtus autē purgativa eorum ſec. *Grevv Experim. Curioſ. p. m.* 36. conſiſtit in quodam ♌li, quo & ♉dum hypochondriacum extinguunt, ceu hinc *Pilulas de lapide Lazuli* officinales *Martinius Hebdomad. Med. p. m.* 419. pro unico remedio demoliendo hypochondriaco malo habet; Quia autem hi lapides extinctâ proprietate purgandi, longè nobiliores poſſident virtutes, ſtatuendum potius, quicquid boni hi lapides in *Maniâ, Quartanâ; Apoplexiâ, Epilepſiâ, affectu hypochondriaco* præſtant, id à ♀re eorum ritè extracto, depurato, præparato & ad maturitatem redacto eſſe referendum, ceu & hinc lapis de collo geſtatus, ſingularem proprietatem à ♀re ſuo irradiativo poſſidet puerorum terriculamenta abortúmque præcavendi. Ob ♀ hoc in eo ritè excoctum ex orientali lapide lazuli color habetur *ultramarinus* auro pretioſior; qui cum ætate haud immutatur, uti color aliàs ♁is nativæ à pluvia aliiſque injuriis aëris immunis perſtat. Vid. *Bauſchius de Cœrul. & Chryſocoll.*

VI. Lapis de ♀re, ut de ☉ *lapis lazuli* & ☽à *armenus*, participare videtur, colore enim eſt cœruleo ſaphirino cum duritie inſigni, cujus ſi grana aliquot in aq. plantag. macerentur, aqua fit cœrulea, cujus *vires* ſunt ulcera mundificare.

VII. A-

Digitized by Google

VII. ASTROITES ſeu lapis ſtellaris à ſtellulis nigricantibus, quibus undiquaque inſignitur, dictus, id præ reliquis lapidibus ſingulare habet, quòd in ✠tum poſitus vertatur nonnihil in orbem & movetur de loco, idque ob ſtellas ejus raras, intermediúmque denſum, quo fit ut dum illæ acetum combibunt, éque ſuis foraminibus & poris aërem expellunt, lapis commoveatur. Creditur is victoriam conciliare, unde & Germanicè Sigſtein vocatur.

VIII. LAPIS JUDAICUS à Judæa in qua reperitur dictus pro antinephritico præprimis habetur, ceu cum ſaccharo cando comixtus Infantibus calculoſis ſummo cum fructu exhibetur; Paratur ex eo *Magiſterium* in eum finem: ℞. *Magiſt. lap. judaic. lyncis ana* ʒ. j. ß. *Ocul.* ♋ *ppt.* ʒ. ij. *Nuc. moſch.* ℈. j. ⦶ *ppt.* ʒ. ß. *Troch. alkekeng.* ʒ. ij. *Sacchar. alb.* ℥. j. *M.S. f. pulv.*

IX. BELEMNITES lapis à figura ſagittæ quam refert, ita dicitur, aliàs etiam *Lyncurius*, eo quòd ex urina lyncis ortum trahat, quòd adeo abſurdum haud eſſe experientiâ confirmat *Encelius* in apro, porcóque domeſtico caſtrato, in quorum exitu veſicæ lapis non nunquam reperitur, coagulatus ex urina, isque flavus & ſubpallidus, magnitudine fabæ, uti venator & coquus Principis ipſi monſtravit, quique ſit præſentiſſimum remedium contra calculum; hinc namque fortè tam graviter olent inſtar oſſium aut cornuum uſtorum ſi urantur. *Vires* ejus ſunt calculum frangere, ſpiritúmque figentem auſterum non ſolùm in renibus ſed & circa dentes necare, unde pulveribus lithontripticis & dentifriciis admiſcetur.

X. MOROCHTUS lapis eſt mollis, tener, lineas albas faciens, Leucographida Mathematicis imprimis hinc dictus, ortus ſcilicet ex albis ſaxis iisque calcariis, eorúmque ramentis, uti hæmatites, ceu hinc & lubricus eſt ferè inſtar ſaponum, ſuccúmque emittit lacti & ſaponi in candore ſimilem. *Uſus* ejuſmodi ſucci eſt ophthalmicus in collyriis, exiccat enim ſine mordacitate.

XI. AETITES non in aquilarum nidis ſed in fluminibus, rivis, oceano ejúsque littore, agris, montibus, ſaxorúmque commiſſuris, teſte ejus ſcrutatore *Bauſchio*, invenitur, *prægnans*que dicitur lapis, vel quòd intus, velut in utero, lapillum alterum aut aliud quid, nim. arenam, margam ſeu argillam etiam aquam, oleum, tanquam embryonem vel fœtum incluſum habeat, vel quod hinc, velut ex ſignaturâ, prægnantibus & parturientibus proſit; *Vires* enim ejus ſunt fœtum retinere & ab abortu præcavere, ſi è collo ſuſpendatur, partum etiam promovere, ſi femori, internâ parte non procul à pube adhibeatur; ubi certè magna erit effluviorum aëtiticarum ſulphurearum cum fœtu ejúsque placenta conſenſus, ut nunc illi ſurſum verſus conatum concilient, nunc deorſum.

XII. OSTRACITES lapis eſt ſciſſilis, cruſtoſus, coloris fulvi; *Vires* ejus ſun-

ſunt adſtringentes, quem in finem ad menſium fluxum ſiſtendum, mammarúmque inflammationes ſupprimendas quidam uſurpant.

XIII. Huc & referendi lapides qui formas rerum naturalium & artificialium repræſentant, ut eſt *Cornu Ammonis*, ad inſtar cornu ſæpius in ſe revolutum, quale circa pagum Oltingen ditionis Baſilienſis in monte reperi, aliíque ejuſmodi lapides variis figuris inſigniti, quarum cauſam *Kircherus* attribuit vi actinobolicæ quæ reperitur in ⊖nis corporibus, quæ in eo conſiſtat, quòd -ʌ-us in ⊖lis corpore abditus appetitu quodam naturali ex centro prodiens in circumferentiã protruſione ſuâ paulatim in radios quosdam ea diſpeſcat. Icones mirarum ejuſmodi variarum figurarum lapidum videre licet apud *Johan. Bauhinum Deſcript. Font. Bollenſ.* Rarus verò utique in horum genere eſt, quem *Magnificus Univerſit p. t. Rector DN. D. Sebaſtianus Feſchius Jurium Profeſſor Celeberr.* quin & *Antiquitatum Hermes incomparabilis* in *Archivo* omnium inſtructiſſimo poſſidet, in quo, citante & *Excell. DN. D. Theod. Zvvingero*, lapis viſitur inſtar cochleæ ſtriatus alteri lapidi ſimili modo excavato à natura infixus, eximi & reponi facilis.

## CAPUT VIII.

### *De Lapidibus minus pretioſis majoribus duris, Saxo, Silice, Pyrite, Cote, Marmore.*

SAXUM omnibus notum, integróſque nonnunquam montes conſtituens, eſt vel *arenarium*, unde ædificia conſtruuntur, vel *cruſtoſum* vel *limoſum*, quale rudimentum futurorum ſaxorum maxime conſtituit, ac etiam in limum calci concolorem à pluvia reſolvitur, ⦶ri hinc maximè ſcatens & fœcunditatem agris conciliare valens.

II. SILEX duriſſimus lapis eſt, variorum colorum, in ſuperficie maximè lævis, hincque minus aptus ad muros exſtruendos; Nec malè referunt *Alchymici* in uno quoque latere partes certas metallicas, nunc ⊙res, nunc ♀reas, nunc ♂les &c. *Uſus* eorum in calculis pellendis, ceu egregia eſt TR*a* ⊙*ris lithontriptica Amelungii Lipſienſis*: ℞. *Silic.* ⊙*ar.* ♄ *Hungar.* ♀. ⦶ *ana* ⦶ ſolvatur in ▽a pluv. & ſuper fundatur reliquis ſpeciebus, reponatur materia donec omne ſal imbiberit, exiccata ʃ\ur. De hac TRa teſtatur *Bartholinus Cent. III. Epiſt.* 98. quòd magnam in pellendis calculis efficaciam habeat, eſtque hinc Lipſiæ adhuc dum multùm uſitata.

III. PYRITES & Marcaſita idem ſunt, & tot ſunt marcaſitæ quot metalla, unde & quo ſpiſſior & gravior eò plus metalli in ſe fovet. Ex varii autem generis marcaſitis inprimis laudandus lapis ille rotundus vel oblongus quantitatis ovi, externè niger, internè verò ſi frangatur micas aureas

P com-

commonſtrans, qualem in fluvio Arve circa Genevam repertum mihi tranſmiſit *Nobiliſſ. & Clariſſ. Philoſ. & Medicus Dn. Dominicus Beddevole*, qui convenit omnino cum deſcriptione illius lapidis, quem *Glauberus Furn. Philoſ. Part. II. p. m.* 21. pro vnica & optima ⊕li minerâ habet, Metallorúmque ſemen per naturam, inſtar ſeminis vegetabilis rotundum in terra ſeminatum ingenioſè vocat, & ex eo medicinam egregiam, *Oleum* nimirum ⊕*li dulce* parare docet modo ſequenti: Expone hanc mineram fruſtulatim aëri frigido aliquantiſper & intra 20. vel 30. dies attrahet ex aëre vi quâdam magnetica peculiarem aliquam humiditatem ſalis naturæ participem, unde ponderoſior redditur. quare fatiſcit tandem in pulverem nigrum, qui tamdiu in aëre relinquendus, donec albeſcat, & ⊕rem dulcedinem guſtatus referat, cui poſteà affunde in vaſis vitreis ▽ pluvialem puram ad eminentiam unius vel duorum digitorum tranſverſorum; & quotidie agita pulvetem aliquoties, & intra paucos dies ▽ virideſcet, quam decanta, aliámque reaffunde, priorémque laborem toties repete, donec ampliùs non coloretur ▽a. Quo facto ▽m tinctam filtra per chartam emporeticam, & fac illam in cucurbita abſciſſa evaporare uſque ad cuticulæ apparentiam; poſteà colloca in loco frigido & producentur lapilli elegantiſſimi cærulei coloris, qui non ſunt niſi ⊕ puriſſimum. Quo ablato colloca ▽ reſiduam iterum ad evaporandum, & □liſandum ut ante, atque id repete toties donec non amplius producatur ⊕lum, ſed remaneat liquor viridiſſimus dulcis & ſuavis permanens in calido & frigido, qui *verum* eſt *Oleum* ⊕*li dulce viride*, quod ritè paratum non ſolùm curat *epilepſiam* ſenum & puerorum, lumbricóſque citò enecat tam in corpore, quàm extra corpus, ſed etiam per illud alii curantur morbi aliàs incurabiles, ut *peſtis, pleuritis, febres, cephalea, ſuffocationes uterinæ* nec non *obſtructiones* totius corporis, præprimis autem *lienis & hepatis, melancholia hypochondriaca, ſcorbutus*, &c. Corrigit etiam ſanguinem, illúmque renovat, quâ ratione curantur morbi abominabiles, utpote *morbus Gallicus, lepra*, aliæque ſanguinis impuritates. Curat etiam mala *externa* utpote *ulcera fiſtuloſa fœtida* totius corporis undicunque profecta citò & tutò, ſi non ſolùm *extrinſecè* ſed etiam *intrinſecè* adminiſtretur. *Doſis* eſt à *gut.* j. ad x *pro ratione ætatis*. Arcanum antihydropicum Croſœlii hîc ſiſti poteſt: ℞. *Marcaſitæ ppt q. v.* huic adde part. xij. *Crem.* 🜿 ebulliant hæc cum magna quant. ▽æ communis in cacabo ferreo, donec tincturam ▽æ largiatur, tincta hæc ▽a filtretur & evaporare ſinatur ad conſiſt. ſapæ, poſtea cum Spir. Vini denuo ea ad *Eſſentiæ formam* circuletur. Quòd ſi verò ex tempore purgare quis velit, ſumatur *Marcaſit.* ʒ. j. infund in *Vin alb.* ℥. v. pòſt coletur: ad miraculum uſque hydropicos humores educit & penitiſſimè ſerum, ♁ii ritu, purgat, huic & addi poſſunt aliquo grana ∽ ⊖ *coagul.*

IV. Co.

Digitized by Google

IV. Cos lapis durior eſt, acutum reddere ferrum ſolens, non adeo aſper nec nimis mollis; Dum verò atteritur, materiam præbet refrigerantem, abſorbentem, acrimoniam mitigantem, ut hinc *podagrico loco* illita, dolorem mitiget. Ejus ſpeciem quidam conſtituunt *Ardeſiam*, quæ *Grevv Experim. Curioſ. p.* 33. bolus eſt ⊕licus, quia affuſione ⌒ûs C. C. leviter ebullit, unde & ejus nigredo, quâ particulis angulofis, aſperáque ſua ſuperficie cretâ facilè inficitur, ejúſque candorem conſervat. Cruſtatim è Glaronenſibus montibus ſeducitur, quia ſuccus illius per varias ſuperfuſiones acceſſit.

V. MARMOR ſplendidus, pulcher, durúſque lapis eſt, pro materiæ etiam metallicæ varietate varius, hinc in Muſeo Bononienſi *Dn. Zannone* vidi alium *Eretonicum, Valentinum, Orientalem diverſi coloris, Ægyptiam, Berſomatem, Hiſpanicum.* Quamvis autem durus ſit lapis, pororúmque arcta in eo detur compreſſio, nihilominus Parium v. gr. marmor ſeu album coloribus profundius pingi poteſt, ut coram Rege Angliæ demortuo illuſtris *Boyleus* detexit, manifeſto argumento inſignem eſſe corporum ſolidorum poroſitatem, de quo in *Tentam. porolog. p. m* 92. Cœterùm notabilis Marmoris ſpecies eſt *Ophites*, quòd ſerpentis formas & maculas diſtinctas exhibeat, ita dictus, quo mortaria, pocula, item laminas incurvas fabrefactas habent, illa quidem ad venena repulſanda, has verò ad ventriculum confortandum.

## CAPUT IX.

### *De Lapidibus minus pretioſis majoribus mollibus, Saxo calcario, Gypſo, Lapide Bononienſi, Pumice, Topho, Aſio.*

SAXUM CALCARIUM albicans fuſcum optimam *Calcem* úſtione præbet, quæ ob ♌li ∨um fortiſſimum ♉da quæque mox enervat, deſtruit & abſorbet, ceu patet ex affuſione ▽æ cui oleum ⊕li admiſcetur, quæ ♆ ſupetfuſa, mox aciditate illâ privatur; Neque verò ſaltem ♌li in ♆ eſt præſens, ſed & judicio *Mayovv Oper. p. m.* 197. ♉um, particulæque nitroaereæ & igneæ non ſimpliciter & per ſe, ſed cum ⊖e quodam ſtrictè combinatæ in ea detinentur, unde etiam calor, qui affuſione vel aſperſione ▽æ excitatur, ſit deducendus, ac etiam præcipitatio lactea ſi aquæ ♆ ⊖lis cujusvis ∨i ſolutio commiſceatur, unde ſalia repugnantia in calce recondita jacebant & calx ipſa extincta nil aliud erit quàm magiſterium quoddam à ſalibus contrariis unà cum terra lapidea invicem combinatis conſtitutum, quæ ſententia quoque eſt *Tachenij Hipp. Chym. p. m.* 15. qui moſeaicum aut vermi-

vermiculatum D. *Marci Venetiis* ædificium non alio quàm ex calcis illa contrarietate & mucilagine ſeminis lini compoſito luto in tale conſtans & perenne cœmentum colligatum eſſe docet; ſimiliter ex calcis contrarietate & caſeo toties lavato, donec ▽ defluat limpida, unà celeriter contritis fit gluten adeo tenax, ut etiam rupta vitrea vaſa uniri poſſint. Aliàs *Perrault Eſſays de Phyſiq. Tom. I.* Indurationem calcis & gypſi, quatenus ad ædificia extruenda uſurpantur, mediam eſſe dicit inter eam quæ eſt ▽æ ſimpliciter induratæ & ejus quæ △e excoquitur, ſcilicet concretiones ſaltem ſunt mediocres, calx nempe fit ex lapide qui △is vi ferè omne ⊖is △lis & ♀rei (partes ſcilicet quæ in generatione ad concretionem & duritiem multùm fecerunt) deperdidit, remanentibus ſaltem ▽is, quibus dum ▽a affunditur, calore ⊖ia △lia in ſabulo eliciuntur, aſſociantúrque calci in locum deperditarum, beneficio maximè ▽æ, hincque durities ex talium particularum introductione emergit. *Uſus* Calcis medicus ex vi ♉dum enervandi non poteſt non eſſe peramplus, ſi maxima morborum ſeges ex ♉do p. n. emergit, isque tum externus, tum etiam internus. *Externè* ▽à ♆ (parata ſec. *Tachenium* ex ♆ fruſto parvi ovi magnitudine, in ℥. xx. plus minus ▽ bullientis projecto) contra hydropem uſus *Aquapendens P. II. Oper. Chirurg. Cap. 51.* linteis abdomini applicatâ, quæ inſimul promovet omnium ferè ulcerum, etiam in ſecretis locis, præſertim Gallicorum celerrimam incarnationem, ſi tepidè & frequenter in petiis lineis applicetur: Ejusmodi *Aqua mirabilis* quoque ad *Ambuſtionem, Fiſtulas, Cancrum, maculas & rubedines oculorum*, ut & *maculas* veſtium eluendas ita fit: ℞. ✱. ℥. iij. ▽ *pluv.* ℔. j. ß. *MS.* ſtent triduo in vaſe, poſtea agita, quieſcant inde 24. horis in vaſe obturato, coletur per linteum & adde ⊖ ☓ *ci albiſſ.* bene triti ℔. x. *MS.* optimè, deſtilla per filtrum; quæ ſi cœrulea expetatur, ſaphirinum colorem acquirit; *Uſus* ejus, uti dictum, maximè ad rubedinem oculorum ſi quotidie oculis tres guttæ inſtillentur. Sic ad *vulnera ingentia* egregia *aqua* ſeq. ℞. *Aq. calcis viv.* congios 2. ⊖ ☓ *ci* ℥. j. *Sacchar.* ℥. j. *Virid. æris* ℨ. vj Diger. Ad *ambuſta* quoque ſpecialiter valet *calx lota cum oleo hypericonis*, vel ſi extinguatur cum aceto & ter lavetur, cumque oleo roſaceo ad linimenti formam redigatur, ſic namque ambuſta ſine cicatrice ſanat, nec bullas elevari patitur: Ad *lupum* domandum quoque valet, ceu apud *Chirurgiendes pauvres Tr. I. Cap. III. p. 31.* laudatur ſeq. ℞. *Calcis viv.* ℥. j. ß. *Axung. anſer.* ℥. j. *Terebinth.* ℥. ij. *MS.* Præprimis & in *humidis ulceribus* admirabilis eſt *Cremor.* ♆ ſequens: ℞. ✱ ℔. j. ♀ ℨ. ij. *Minii* ℔. ß. Contere optimè in pulv. dein coq. in vaſe cupreo, & inter coquendum collige ſpumam rubram ſuperficiei inhærentem, quàm poſtea exiccatam & in pulverem redactam inſperge humidis ulceribus; hujus admirandam vim in exiccandis *humidis ulceribus* ex tempore videbis; prout & *Excell. D. D. Theod. Zvvingerus Aquâ calcis vivæ* ſimplici

Digitized by Google

ſimplici, cujus menſuræ ☿ ti ℥.j incocti erat, commixtâ cum alia ▽a ♆ cui prius itidem *Scordium, Abſynthium, Myrrha, Crocus* incoquebantur, tumorem pedis ulceroſo-œdematoſum, cum diureſi inde motâ, curavit. Sic & notum *Pyrapyrum Zvvingeri* ex *albo nil paſſo*, *rubro* ac *nigro unctuoſo* paratum, quod jam ante ſeptuaginta annos *Tenzelius* per *calcis viva p.*ij. *minij p.*j. & *Saponis nigri q. ſ.* pro ſubactione explicuit. *Internè* è calce vivâ præparata ad rebelles morbos adhibere quidam minimè verentur; ſic ex illa fit remedium ad *abſceſſus internos*, quod optimè abſtergit & mira præſtat diu continuatum & repetitum; ejus Auctor eſt *Meibomius in Colleg. pract. MS.* ℞. *Calc. viv.* ℔.j. ▽ *fervent.* ℔.ij. Move diligenter per aliquot dies, quotidie tamen bis agitando, tandem ſubſidente calce aquam limpidam decanta & cola, in hanc infunde *Rad. chinæ, glycirrhiz. raſ. L. ſaſſafr. ana* ℥.ß. *H. ſcabioſ. heder. terr. ana m.*ij, ſtent per noctem, manè coq. Colat. add. *Syr. de ſymphyt.* ℥. ij. *Aq. cinamom.* ℥. iij. *MS.* de hoc decocto ſumantur manè horâ octava cochl. viij. & iterum horâ quarta veſpertina totidem. Ejuſmodi *aquam Calcis* quoque habet *Benedictus Theatr. Tabidor. p. m.* 157. quæ in hæmoptyſi vix fefellerit ad ℥. vj. ℞. *Symphyt. major. Polygon. plantag. pimpinell. ana m.* j. Marceſcant in calce viva, hinc affunde *Aquam font.* & liquor hinc ſeparetur per inclinationem Ex eadem in *Phthiſi* ℞am extrahit *Williſius Pharm. rat. Part. II. p. 68.* ℞. *Picis liquat.* ℥. j. ▽ *calcis vivæ ter cohobet.* ℔. ij. ♌tur in baln ad medietat. liquor filtretur, abſtrahatur ad conſiſtent. mellis, cui affundatur TRæ ♀ri ℔. ß. digerantur. *Doſis gut.* xx. ad xxx. Præter ▽m calcis vivæ habetur & ex ea

α *Spiritus* diureticus, dum ♌ ⊖is aut ⊕li calcis vivæ recentis ana, in cucurbita arenæ calidæ impoſitâ, ſuperaffunditur, ſicque per alembicum de ſubito applicatum ſubtilis & copioſus ſpiritus compendioſè elicitur. *Uſus* ejus ex denominatione egregius in *Calculo.*

β *Eſſentia Calcis vivæ* egregia ſequens: ℞. ♆ *rec.* è fornace extr. ne humiditas aëris attrahatur, impone illam ſtatim cucurbitæ vitr. vel veſicæ, luta capitellum, affund. 🜄 *rectificati* ß. ad eminent. cohobetur ad minimum vigeſies vel plus. *Menſtruum* eſt ad ſolvend. ♋, ⊟ſtallos, *lap. lyncis* &c. *Internè* datur ad *podagram* ad *gut.* x. xx. in ▽â *petroſel.* & *externè* illinitur nodis. In *Calculo* valet itidem.

II. GYPSUM ex lapide albo, molli, alabaſtri inſtar, ſemicocto vel leviter ſaltem uſto factum, calci affines habet partes, nimirum partes perfectè coctas & alias crudiores ſabulum æmulantes, unde & fit ut cum gypſo coagulatio promptior emergat, quatenus fortè partes Δliores, quæ in parte crudiore reſtitant, ſimiles nonnihil ſunt illis, quæ ignis actione, coctione ſcilicet deperditæ ſunt, promptiúsque ſic perfectè coctis partibus communicantur, quàm verò ſe habet cum ſabulo, quod non habet ejuſdem ſpeciei

P 3 parti-

Digitized by Google

🜍ri *nativ.* & *Anodyno*, unde fit *pulvis* ejus *Anodynus Confortans*, eſt enim ſimul roborans & leviter adſtringens à ℈.ß. ad gr. xv. *anodynus* verò in *diarrhea*, *dyſenteria maligna* locum habet; ſic namque & alios fluxus ſiſtit, *alvi*, *uteri*, *narium*, *hæmorrhoidum*; valet & ad *ſyncopen* ex acido-auſteris vaporibus, *cordis tremorem*, *paſſionem cardiacam*, *vermes necandos*: commendatur item ad *oculos lachrymantes*, ſi cum *lacte* in pollinem tenuiſſimum redactum inſtilletur, item ad *ulcera* ad cicatricem perducenda, ac *intertrigines* & *ambuſta* ſananda. In ulteriorem verò commendationem egregii hujus mineralis, non pigebit adducere quæ inde ſe expertum eſſe refert *Celeb. Bauſchius*, nimirum in Variolis, ubi cum metu epilepſiæ, convulſionum aliorúmque graviſſimorum ſymptomatum inſignis in principio calor, funeſtus in augmento fluxus extrema omnia minarentur, vel alia febris malignæ indicia ſe proderent aut diuturnâ diarrhæâ vomitúque vires nimium labaſcerent, præſentiſſimum attuliſſe auxilium ægrotantibus, unica ſæpe doſi quibusdam ſtatim erupiſſe variolas, morbillos, petechias: Hinc *Globuli Bezoardici* & *Pulvis bezoardicus* laudati *Bauſchii* inde quoque habentur optimum in malignis præſidium: ℞. *Unicorn. mineral.* 🜃 *ſigill. Siles. alb.* C. C. *phil. ppt. ana* ʒiij. ♁ *diaphor.* ʒj. *ex ſubtiliſſimè* tritis cum *mucilag. tragacanth. alb. ex* ▽ *ſcord. f. Globuli* in forma terræ ſigill. Turc. *Doſis* à ℈. j. ad ℈. ij. *Pulvis bezoardicus confortans* hic *eſt*: ℞. C. C. *gr.* xij. *Bezoard. miner. ſimpl. gr.* xv. *Rad. contrayerv. Lap. bezoar. or. ana gr.* xvj. *Mag. perlar.* ℈. *j.* trita inebrientur *TRâ Bezoard.* & lentè iterum ſiccentur addendo *Rotul. ex confect. alkerm.*

X. De AMIANTHO ab alumine ſciſſili, eò quod parùm linguam pungat & non adſtringat, differente, infra de Alumine quædam afferemus, nimirum eſt lapis fibroſus, lentâ & craſsâ viſciditate ſeu lentâ & viſcida craſſitie conſtans, ob omnium partium homogeneum contextum in vaporem reſolvi neſcius, ſolus ab omnium actuoſiſsima △is naturâ immunis & incombuſtibilis; hinc verò lini inſtar pecti, neri & præparari pro lubitu poteſt: qualis modus quia pro deperdito aliàs habetur, ſequens hic (qui tamen non omnibus ſucceſſit) *ex Ol. Wormio* ſiſtitur: ℞. *Amianthi* fibris longioribus præditi, infunde in *lixivio* præparato ex *cineribus quercûs* putridæ & *cinerum clavellatorum* manipulis 2bus; bulliat in eo per quadrantem horæ, auferatur ab igne & maceretur in eo, ſpatio menſis unius, ſic lanæ carptæ modo mollis evadit; aquâ dulci aliquoties materiam hanc ablue & exicca. *Uſus Medicus* ejus eſt in *fluxu Mulierum albo*, ſi in Spiritu vini ſolvatur & ſaccharum ei permiſceatur.

XI. LAPIS SPECULARIS ſeu GLACIES MARIÆ Lapis eſt pellucidus in bracteas tenuiſſimas ſciſsilis, mollis, ex materia mucoſa (prout *Cornu Lunæ* ſeu ☽ti tenacioris viſcidique glutinis argumentum eſt) in leviſſimam ſubſtantiam

tiam expanſa, ferè ut argenti folia, exortus, ob pororum in ea rectitudinem perſpicuus eſt, & hinc *Vitrum Ruthenicum* dicitur, ceu is pro ſpecularibus & fabricandis laternis incombuſtibilibus inſervit. *Vires* ejus coſmeticæ ſunt, ob mucoſam enim ſubſtantiam, ramosáſque particulas albas cutim teneram reddit, dealbat & derugat, fertur etiam ſi uratur & inſpergatur fiſtuloſis ulceribus, ſarcoticum eſſe. Quod ſi in liquorem redigatur, Talci vires habere, abſonum minimè videtur, 🜍 úrque ☽teum album ∇ius præ ſe ferre; prout in Epilepſia cranio humano maritatam Glaciem Mariæ quidam collaudant.

XII. Talcum lapis eſt mollis, glaciei mariæ ſimillimus, in laminulas rectas, ſed flexiles & variè implicatas diviſibilis, magis tamen tenuis, colore candido argentoſo, igni invictus & incombuſtibilis, niſi certa encheireſi tractetur, ſic enim intra dimidiæ horæ ſpatium totam ejus ſubſtantiam ita calcinatam vidit *Excell. Morhoſius*, ut colore flavo ablato, ſpongioſa facta ſit, qua facilè in pollinem redigi potuit. Hinc quia 🜍re albo ſummè excocto, digeſto & fixato ſcatet, Alchymici haud fruſtrà ſed ſedulo illud liquabile ſolutúmque reddere, ad inſtar Auri potabilis ſtuduerunt, quo pacto modo laudatus *Morhoſius* refert de Amico, qui 🜍re ſingulari artificio ex hoc corpore extracto immedicabiles curare morbos potuerit, ut alterum illi à maximo Elixire locum poſuerit; hinc & juxta *Auctorem Aphricanæ Sophoniſbe*, non ſaltem pro coſmetico inſigni inſervit, ſed & ♀ in ☽ commutare valet. Oleum ejus *Jacobus Zvvingerus Philoſ. & Medicus Baſilienſis* olim *celeberrimus* ita parare intendit: Talcum in folia minutiſſima diviſum ſacco lineo novo indatur, ſuſpendatúrque ut cacabi, in quo fabæ elixantur, vaporem per horas ſex excipiat; ſaccus exemptus è vaſe ſuo digitis exprimatur aqua tepida madefactis & flos talci in aliud vas aqua plenum decidet, ſubſidat, aquáque per filtrum ſeparetur; quod ſubſederit, exiccetur & cum ovi albumine in formam paſtæ ſubigatur, in igne reverberii citra fuſionem calcinetur, ut in cinerem abeat, qui in tepido ſupra marmor in oleum liqueſcit. Vel reſidentia Talci prædicta ✱to opt'mo bis terve examinetur, abſtracto ♓te ab omnibus defuſionibus, remanebit in vino materia alba, quæ in frigido in oleum abit ʒ. horarum ſpatio Hîc & minimè reticenda *Aqua Talci* Camilli Paraſchi, quæ ſummum & præſtantiſſimum eſt coſmeticum, cutem purgans, mollem, nitidam & abſque rugis perpetuò conſervans: ℞. *Talci viridis integri q. v.* Inditum crucibulo calcina △ne reverberii per horas vj. tum in pulverem tere, iterum totidem horis calcina, exempto & lævigato adde tantundem *Borracis factit.* iterum calcina, calcinatum tere, iterúmque adde tantundem *Borracis* & denuò calcina, fiet veluti lapis pumiceus, qui facilè ſolvetur *aq. lilior. albor.* vel *ſigill. Salomonis.*



Digitized by Google

# CAPUT X.

## *De Coralliis.*

ETSI à nobis in Regno Vegetabili Corallia inter Plantas relata ſint dum inſtar Vegetabilium manifeſtè ramos expandunt, eorúmque integræ ſylvæ ſub aquis reperiantur, tamen quia duritie inſigni prædita ſunt, & ut planta non ſimplex ſed lapidea (λιθόδενδρον, frutex marinus ſaxeus) manifeſtè vegetationem, quàm lapidibus cum reliquis mineralibus ad ſcripſimus, innuunt uſúmque egregium in Medicina præſtant, imò cum omnibus ferè lapidibus virtute, ob 🜍 nobile, certant, de iis in ſpecie quædam hîc proponere lubet. Neq; verò nos morabitur fabula Poëtarum, qui Corallium è virgis cruore Gorgonis Meduſæ (unde olim *Celeb. Theodorus Zvvingerus* tincturam Coralliorum *Meduſæum* ſuum vocavit) perfuſis & in lapideam duritiem concretis enatum putarunt, niſi fortè inde tectè innuere jam voluerint, 🜍 nobile rubeum in viſcoſitate ſuccoſa diſperſũ quæ tandem ⏜ ⊖nus, intimè ſe ſe inſinuando, conſtringit, in creſcentiam formoſam expandit & in duritiem, inter fruticeam mollitudinem & ſoliditatem ſaxeam mediam, adjuvante 🜄æ marinæ appulſu, tandem congelat, neque enim adeo dura ſunt, dum aquis adhuc abſconduntur, quin non ſuccus nutritius aptè fibroſam illorum connexionem pervadere poſſit, ac etiam tandem in baccas ſpermaticum ſcil. ſuccum ſe ſublimare. Differentias verò Coralliorum quod ſpectat, Corallia alia rubra, alia alba, alia nigra habentur, quamvis de iis quidam, ut *Celeberr. Jacobus Sponius p. m.* in *Itinerario*, dubitent, quòd non niſi frutex ſint in lapideam duritiem induratus, verùm huic ſententiæ obſtabit quæ in Archivis rarioribus obſervare licuit, ſic namque non ſaltem Piſis & Œniponti Corallia videntur variarum ſpecierum & colorum, alba nimirum, rubra, ſed & nigra ſummè dura, griſea & violacea, (teſte *Celeberr. Patino* in *Relationibus*) ſed & ipſe, quod magis Corallia nigra confirmare videtur, vidi in Muſæo *Dn. Zannone* Bononiæ Corallium nigrum rubro colligatum, item album & nigrum ſimul adnatum, nigrum ſpinoſum rarius, Corallium rubrum elegans lineis albis variegatum &c. *Vires* Coralliorum quod ſpectat ob vim ♌licam ♉dum abſorbentem, invertentem, roborantem, fibrarum tonum intendentem certè inſignes ſunt, præterquod tamen etiam, ſi *Helmontio* fidendum, aliter operantur, nimirum irradiativè, quo fit, ut rubra corallia appenſa hilaritatem & lætitiam, nigra triſtitiam & mœrorem inducere ducantur, imò illa in affectibus melancholicis, in ſpecie dictis & Epilepſiæ quoque egregiè opitulentur, hæc verò phrenitides & furioſas manias ſedent, pro vario ſcilicet modo, quo Archeus ab iis afficitur; hinc etiã, vel ex ſignatura rubra, cum purpurâ ſanguinis noſtri

noſtri peculiarem ſympathiam colunt, dum in febribus malignis, ubi M.S. infecta eſt, ſplendorem ſuum deponunt, imò inſtante morte, *Ettmyllero* teſte, maculis liventibus & nigricantibus conſpurcantur, id quod effluviis ſanguineis attribuendum erit, prout & appenſa mulieri hyſtericæ pallescunt, affricta contrà carni mulieris ſanæ fulgorem priſtinum recuperant.

I. CORALLIA RUBRA pulveriſata per ſe, ut dictum, potentiſſimè ♉dum corpori hoſtile adgrediuntur, illúdque edomant, unde in variis affectibus inde exortis egregiè operantur, præprimis in affectibus ventriculi & inteſtinorum, quorum fibrillas motrices amicè roborant, hinc in *affectu hypochondriaco, cardialgiâ, paſſione hyſtericâ, Colicâ, Lienteriâ, Diarrhæa, Dyſenteriis* &c. optimum exhibent remedium.

II. MAGISTERIUM CORALLORUM quidem non ſine causâ hactenus *Zwelfero* aliiſque malè audiit, quòd id -⌒-bus ♉dis paratum, ſicque ſaturatum, impotenſque ♉dum morboſum adgredi, inutilis fere calx ſit & quoad virtutes plurimum caſtretur; Verùm quia nihilominus mitius ejuſmodi magiſterium inde haberi poteſt ✠to ♌liſato, quod ad ebullitionem à particulis bilioſis acrioribus inductam valet, præparationem ex Junkenio hanc damus: ℞. ⊖ ♀ri vel *ciner. clavell.* ℔ij. affund. ✠ fortiſſ. ℥xv. ebullitione ſedatâ decantetur liquor inſipidus, hinc ⊖ reſiduum ſiccetur, affundatur denuo ✠, idque repetatur ut prius, donec nulla amplius efferveſcentia notari poſſit & alcali penitus ✠to impregnatum; hoc dein indatur ☾tæ & habebitur menſtruum Coralliis ſuperinfundendum ad eminent. 3. vel 4. digitorum, unde quod in loco tepido ſolutum eſt, decantandum, ruſúſque de menſtruo affundendum; ſolutiones demum abſtrahendæ ad ſiccitatem materiáque alba reſidua ▽ frigidâ edulcoranda, ſicque habebitur Magiſterium corallorum in Diarrhæis, Dyſenteriis, Hæmoptyſi, hæmorrhagiis, aliiſque fluxibus p. n. ſi ullum in uſum adhibendum: In Dyſenteria ℞. *Magiſt. Corallor.* C. C. *uſt. Nuc. moſch. ana* ℈.ß. *Theriac. cæleſt. gr.* j. *Ms.* f. *pulv. in ſyr. cond. nuc. moſch.* ſumedus. In hæmorrhagiis quoque ad *acre* ♌*linum* liquefaciens nimis M.S. ſpiritúſque nimis inquietos valet hocce. ℞. *Mag. corallor. perlar. ana* ℈.ß. *Aqua plant* ✠ *roſac. ana* ℥.ß. *ſyr. corallor. ana* ℥.ß. *Ms.*

III. SYRUPUS CORALLORUM ita parari ſolet: ℞. *Corallor. rubr.* ℥.ij. *diſſolv* in *ſucci citri* ℔ j. Digerantur per octiduum & poſtea filtrentur in hac ſolve *ſacchar. albiſſ.* & digere evaporando ad ſyrupi conſiſtentiam: Commodus quoque & melius fit ſi modo prædicto ✠ to ♌liſato ſolvantur unde ℞. *Magiſter. Corallior.* prædict. ℥i. vel ii. *ſolv.* in *ſucco ribium* vel *berber. clarific.* ℥ iv. adde *ſacchar. opt.* ℔ j & ſolâ digeſtione & diſſolutione emergit ſyrupus, in morbis ab Archæo furioso, fluxibus p. n. ad confortandum haud contemnendus.

VII. Astroites ſeu lapis ſtellaris à ſtellulis nigricantibus, quibus undiquaque inſignitur, dictus, id præ reliquis lapidibus ſingulare habet, quòd in ✝tum poſitus vertatur nonnihil in orbem & movetur de loco, idque ob ſtellas ejus raras, intermediúmque denſum, quo fit ut dum illæ acetum combibunt, éque ſuis foraminibus & poris aërem expellunt, lapis commoveatur. Creditur is victoriam conciliare, unde & Germanicè Sigſtein vocatur.

VIII. Lapis Judaicus à Judæa in qua reperitur dictus pro antinephritico præprimis habetur, ceu cum ſaccharo cando comixtus Infantibus calculoſis ſummo cum fructu exhibetur; Paratur ex eo *Magiſterium* in eum finem: ℞. *Magiſt. lap. judaic. lyncis ana* ʒ. j. ß. *Ocul.* ♋ *ppt.* ʒ. ij. *Nuc. moſch.* ℈. j. ⌽ *ppt.* ʒ. ß. *Troch. alkekeng.* ʒ. ij. *Sacchar. alb.* ℥. j. *MS. f. pulv.*

IX. Belemnites lapis à figura ſagittæ quam refert, ita dicitur, aliàs etiam *Lyncurius*, eo quòd ex urina lyncis ortum trahat, quòd adeo abſurdum haud eſſe experientiâ confirmat *Encelius* in apro, porcóque domeſtico caſtrato, in quorum exitu veſicæ lapis non nunquam reperitur, coagulatus ex urina, isque flavus & ſubpallidus, magnitudine fabæ, uti venator & coquus Principis ipſi monſtravit, quique ſit præſentiſſimum remedium contra calculum; hinc namque fortè tam graviter olent inſtar oſſium aut cornuum uſtorum ſi urantur. *Vires* ejus ſunt calculum frangere, ſpiritúmque figentem auſterum non ſolùm in renibus ſed & circa dentes necare, unde pulveribus lithontripticis & dentifriciis admiſcetur.

X. Morochtus lapis eſt mollis, tener, lineas albas faciens, Leucographida Mathematicis imprimis hinc dictus, ortus ſcilicet ex albis ſaxis iisque calcariis, eorúmque ramentis, uti hæmatites, ceu hinc & lubricus eſt ferè inſtar ſaponum, ſuccúmque emittit lacti & ſaponi in candore ſimilem. *Uſus* ejuſmodi ſucci eſt ophthalmicus in collyriis, exiccat enim ſine mordacitate.

XI. Aetites non in aquilarum nidis ſed in fluminibus, rivis, oceano ejúsque littore, agris, montibus, ſaxorúmque commiſſuris, teſte ejus ſcrutatore *Bauſchio*, invenitur, *pragnans*que dicitur lapis, vel quòd intus, velut in utero, lapillum alterum aut aliud quid, nim. arenam, margam ſeu argillam etiam aquam, oleum, tanquam embryonem vel fœtum incluſum habeat, vel quod hinc, velut ex ſignaturâ, prægnantibus & parturientibus proſit; *Vires* enim ejus ſunt fœtum retinere & ab abortu præcavere, ſi è collo ſuſpendatur, partum etiam promovere, ſi femori, internâ parte non procul à pube, adhibeatur; ubi certè magna erit effluviorum aëtiticarum ſulphurearum cum fœtu ejúsque placenta conſenſus, ut nunc illi ſurſum verſus conatum concilient, nunc deorſum.

XII. Ostracites lapis eſt ſciſſilis, cruſtoſus, coloris fulvi; *Vires* ejus ſunt

ſunt adſtringentes; quem in finem ad menſium fluxum ſiſtendum, mammarúmque inflammationes ſupprimendas quidam uſurpant.

XIII. Huc & referendi lapides qui formas rerum naturalium & artificialium repræſentant, ut eſt *Cornu Ammonis*, ad inſtar cornu ſæpius in ſe revolutum, quale circa pagum Oltingen ditionis Baſilienſis in monte reperi, aliique ejuſmodi lapides variis figuris inſigniti, quarum cauſam *Kircherus* attribuit vi actinobolicæ quæ reperitur in ⊖nis corporibus, quæ in eo conſiſtat, quòd -∩-us in ⊖lis corpore abditus appetitu quodam naturali ex centro prodiens in circumferentiã protruſione ſuâ paulatim in radios quosdam ea diſpeſcat. Icones mirarum ejuſmodi variarum figurarum lapidum videre licet apud *Johan. Bauhinum Deſcript. Font. Bollenſ.* Rarus verò utique in horum genere eſt, quem *Magnificus Univerſit p. t. Rector DN. D. Sebaſtianus Feſchius Jurium Profeſſor Celeberr.* quin & *Antiquitatum Hermes incomparabilis* in *Archivo* omnium inſtructiſſimo poſſidet, in quo, citante & *Excell. DN. D. Theod. Zvvingero*, lapis viſitur inſtar cochleæ ſtriatus alteri lapidi ſimili modo excavato à natura infixus, eximi & reponi facilis.

## CAPUT VIII.

*De Lapidibus minus pretioſis majoribus duris, Saxo, Silice, Pyrite, Cote, Marmore.*

SAXUM omnibus notum, integróſque nonnunquam montes conſtituens, eſt vel *arenarium*, unde ædificia conſtruuntur, vel *cruſtoſum* vel *limoſum*, quale rudimentum futurorum ſaxorum maxime conſtituit, ac etiam in limum calci concolorem à pluvia reſolvitur, ⦶ri hinc maximè ſcatens & fœcunditatem agris conciliare valens.

II. SILEX duriſſimus lapis eſt, variorum colorum, in ſuperficie maximè lævis, hincque minus aptus ad muros exſtruendos; Nec malè referunt *Alchymici* in uno quoque latere partes certas metallicas, nunc ☉res, nunc ♀reas, nunc ♂les &c. *Uſus* eorum in calculis pellendis, ceu egregia eſt TRa ☉ris *lithontriptica Amelungii Lipſienſis*: ℞. *Silic.* ☉*ar.* ♄ *Hungar.* ♀, ⦶ *ana* ⦶ ſolvatur in ▽a pluv. & ſuper fundatur reliquis ſpeciebus, reponatur materia donec omne ſal imbiberit, exiccata ∫\ur. De hac TRa teſtatur *Bartholinus Cent. III. Epiſt.* 98. quòd magnam in pellendis calculis efficaciam habeat, eſtque hinc Lipſiæ adhuc dum multùm uſitata.

III. PYRITES & Marcaſita idem ſunt, & tot ſunt marcaſitæ quot metalla, unde & quo ſpiſſior & gravior eò plus metalli in ſe fovet. Ex varii autem generis marcaſitis inprimis laudandus lapis ille rotundus vel oblongus quantitatis ovi, externè niger, internè verò ſi frangatur micas aureas



Digitized by Google

commonſtrans, qualem in fluvio Arve circa Genevam repertum mihi tranſmiſit *Nobiliſſ. & Clariſſ. Philoſ. & Medicus Dn. Dominicus Beddevole*, qui convenit omnino cum deſcriptione illius lapidis, quem *Glauberus Furn. Philoſ. Part. II. p. m.* 21. pro unica & optima ⊕li minerâ habet, Metallorúmque ſemen per naturam, inſtar ſeminis vegetabilis rotundum in terra ſeminatum ingenioſè vocat, & ex eo medicinam egregiam, *Oleum* nimirum ⊕*li dulce* parare docet modo ſequenti: Expone hanc mineram fruſtulatim aëri frigido aliquantiſper & intra 20. vel 30. dies attrahet ex aëre vi quâdam magnetica peculiarem aliquam humiditatem ſalis naturæ participem, unde ponderoſior redditur, quare fatiſcit tandem in pulverem nigrum, qui tamdiu in aëre relinquendus, donec albeſcat, & ⊕rem dulcedinem guſtatus referat, cui poſteà affunde in vaſis vitreis ▽ pluvialem puram ad eminentiam unius vel duorum digitorum tranſverſorum; & quotidie agita pulverem aliquoties, & intra paucos dies ▽ virideſcet, quam decanta, aliámque reaffunde, priorémque laborem toties repete, donec ampliùs non coloretur ▽a. Quo facto ▽m tinctam filtra per chartam emporeticam, & fac illam in cucurbita abſciſſa evaporare uſque ad cuticulæ apparentiam; poſteà colloca in loco frigido & producentur lapilli elegantiſſimi cærulei coloris, qui non ſunt niſi ⊕ puriſſimum. Quo ablato colloca ▽ reſiduam iterum ad evaporandum, & ⊟liſandum ut ante, atque id repete toties donec non amplius producatur ⊕lum, ſed remaneat liquor viridiſſimus dulcis & ſuavis permanens in calido & frigido, qui *verum* eſt *Oleum* ⊕*li dulce viride*, quod ritè paratum non ſolùm curat *epilepſiam* ſenum & puerorum, lumbricóſque citò enecat tam in corpore, quàm extra corpus, ſed etiam per illud alii curantur morbi aliàs incurabiles, ut *peſtis, pleuritis, febres, cephalea, ſuffocationes uterinæ* nec non *obſtructiones* totius corporis, præprimis autem *lienis & hepatis, melancholia hypochondriaca, ſcorbutus*, &c. Corrigit etiam ſanguinem, illúmque renovat, quâ ratione curantur morbi abominabiles, utpote *morbus Gallicus, lepra*, aliæque ſanguinis impuritates. Curat etiam mala *externa* utpote *ulcera fiſtuloſa fœtida* totius corporis undicunque profectà citò & tutò, ſi non ſolùm *extrinſecè* ſed etiam *intrinſecè* adminiſtretur. *Doſis* eſt à *gut.* j. ad x *pro ratione ætatis*. Arcanum antihydropicum Cröſelii hîc ſiſti poteſt: ℞. *Marcaſitæ ppt q. v.* huic adde part. xij. *Crem.* ♀ ebulliant hæc cum magna quant. ▽æ communis in cacabo ferreo, donec tincturam ▽æ largiatur, tincta hæc ▽a filtretur & evaporare ſinatur ad conſiſt. ſapæ, poſtea cum Spir. Vini denuo ea ad *Eſſentiæ formam* circuletur. Quòd ſi verò ex tempore purgare quis velit, ſumatur *Marcaſit.* ʒ. j. infund. in *Vin alb.* ℥. v. poſt coletur: ad miraculum uſque hydropicos humores educit & penitiſſimè ſerum, ♃ii ritu, purgat, huic & addi poſſunt aliquot grana ♎ ⊖ *coagul.*

IV. Cos

IV. Cos lapis durior eſt, acutum reddere ferrum ſolens, non adeo aſper nec nimis mollis; Dum verò atteritur, materiam præbet refrigerantem, abſorbentem, acrimoniam mitigantem, ut hinc *podagrico loco* illita, dolorem mitiget. Ejus ſpeciem quidam conſtituunt *Ardeſiam*, quæ *Grevv Experim. Curioſ. p.* 33. bolus eſt ⊕licus, quia affuſione -∿-ûs C. C. leviter ebullit, unde & ejus nigredo, quâ particulis angulofis, aſperáque ſua ſuperficie cretâ facilè inficitur, ejúſque candorem conſervat. Cruſtatim è Glaronenſibus montibus ſeducitur, quia ſuccus illius per varias ſuperfuſiones acceſſit.

V. MARMOR ſplendidus, pulcher, durúſque lapis eſt, pro materiæ etiam metallicæ varietate varius, hinc in Muſeo Bononienſi *Dn. Zannone* vidi alium *Eretonicum, Valentinum, Orientalem diverſi coloris, Ægyptium, Berſomatem, Hiſpanicum.* Quamvis autem durus ſit lapis, pororúmque arcta in eo detur compreſſio, nihilominus Parium v. gr. marmor ſeu album coloribus profundius pingi poteſt, ut coram Rege Angliæ demortuo illuſtris *Boyleus* detexit, manifeſto argumento inſignem eſſe corporum ſolidorum poroſitatem, de quo in *Tentam. porolog. p. m* 92. Cœterùm notabilis Marmoris ſpecies eſt *Ophites*, quòd ſerpentis formas & maculas diſtinctas exhibeat, ita dictus, quo mortaria, pocula, item laminas incurvas fabrefactas habent, illa quidem ad venena repulſanda, has verò ad ventriculum confortandum.

## CAPUT IX.

### *De Lapidibus minus pretioſis majoribus mollibus, Saxo calcario, Gypſo, Lapide Bononienſi, Pumice, Topho, Aſio.*

SAXUM CALCARIUM albicans fuſcum optimam *Calcem* uſtione præbet, quæ ob ♌li ∨um fortiſſimum ♉da quæque mox enervat, deſtruit & abſorbet, ceu patet ex affuſione ▽æ cui oleum ⊕li admiſcetur, quæ ♆ ſupetfuſa, mox aciditate illâ privatur; Neque verò ſaltem ♌li in ♆ eſt præſens, ſed & judicio *Majovv Oper. p. m.* 197. ♉um, particulæque nitroaereæ & igneæ non ſimpliciter & per ſe, ſed cum ⊖e quodam ſtrictè combinatæ in ea detinentur, unde etiam calor, qui affuſione vel aſperſione ▽æ excitatur, ſit deducendus, ac etiam præcipitatio lactea ſi aquæ ♆ ⊖lis cujusvis ∨i ſolutio commiſceatur, unde ſalia repugnantia in calce recondita jacebant & calx ipſa extincta nil aliud erit quàm magiſterium quoddam à ſalibus contrariis unà cum terra lapidea invicem combinatis conſtitutum, quæ ſententia quoque eſt *Tachenij Hipp. Chym. p. m.* 15. qui moſeaicum aut

vermiculatum *D. Marci Venetiis* ædificium non alio quàm ex calcis illa contrarietate & mucilagine ſeminis lini compoſito luto in tale conſtans & perenne cœmentum colligatum eſſe docet; ſimiliter ex calcis contrarietate & caſeo toties lavato, donec ▽ defluat limpida, unà celeriter contritis fit gluten adeo tenax, ut etiam rupta vitrea vaſa uniri poſſint. Aliàs *Perrault Eſſays de Phyſiq. Tom. I.* Indurationem calcis & gypſi, quatenus ad ædificia extruenda uſurpantur, mediam eſſe dicit inter eam quæ eſt ▽æ ſimpliciter induratæ & ejus quæ △e excoquitur, ſcilicet concretiones ſaltem ſunt mediocres, calx nempe fit ex lapide qui △is vi ferè omne ⊖is Λlis & 🜍rei (partes ſcilicet quæ in generatione ad concretionem & duritiem multùm fecerunt) deperdidit, remanentibes ſaltem ∨is, quibus dum ▽a affunditur, calore ⊖ia Λlia in ſabulo eliciuntur, aſſociantúrque calci in locum deperditarum, beneficio maximè ▽æ, hincque durities ex talium particularum introductione emergit. *Uſus* Calcis medicus ex vi ♉dum enervandi non poteſt non eſſe peramplus, ſi maxima morborum ſeges ex ♉do p. n. emergit, isque tum externus, tum etiam internus. *Externè* ▽â ♆ (parata ſec. *Tachenium* ex ♆ fruſto parvi ovi magnitudine, in ℥.xx plus minus ▽ bullientis projecto) contra hydropem uſus *Aquapendens P. II. Oper. Chirurg. Cap. 51.* linteis abdomini applicatâ, quæ inſimul promovet omnium ferè ulcerum, etiam in ſecretis locis, præſertim Gallicorum celerrimam incarnationem, ſi tepidè & frequenter in petiis lineis applicetur: Ejusmodi *Aqua mirabilis* quoque ad *Ambuſtionem, Fiſtulas, Cancrum, maculas & rubedines oculorum*, ut & *maculas* veſtium eluendas ita fit: ℞. 🜹 ℥. iij. ▽ *pluv.* ℔. j. ß. *MS.* ſtent triduo in vaſe, poſtea agita, quieſcant inde 24. horis in vaſe obturato, coletur per linteum & adde ⊖ ♓ *ci albiſſ.* bene triti ℔. x. *MS.* optimè, deſtilla per filtrum; quæ ſi cœrulea expetatur, ſaphirinum colorem acquirit; *Uſus* ejus, uti dictum, maximè ad rubedinem oculorum ſi quotidie oculis tres guttæ inſtillentur. Sic ad *vulnera ingentia* egregia *aqua* ſeq. ℞. *Aq. calcis viv.* congios 2. ⊖ ♓ *ci* ℥. j. *Sacchar.* ℥. j. *Virid. æris* ʒ. vj Diger. Ad *ambuſta* quoque ſpecialiter valet *calx lota cum oleo hypericonis*, vel ſi extinguatur cum aceto & ter lavetur, cumque oleo roſaceo ad linimenti formam redigatur, ſic namque ambuſta ſine cicatrice ſanat, nec bullas elevari patitur: Ad *lupum* domandum quoque valet, ceu apud *Chirurgiendes pauvres Tr. I. Cap. III. p. 31.* laudatur ſeq. ℞. *Calcis viv.* ℥. j. ß. *Axung. anſer.* ℥. j. *Terebinth.* ℥. ij. *MS.* Præprimis & in *humidis ulceribus* admirabilis eſt *Cremor.* ♆ ſequens: ℞. 🜹 ℔. j. 🜕 ʒ. ij. *Minii* ℔. ß. Contere optimè in pulv. dein coq. in vaſe cupreo, & inter coquendum collige ſpumam rubram ſuperficiei inhærentem, quàm poſtea exiccatam & in pulverem redactam inſperge humidis ulceribus; hujus admirandam vim in exiccandis *humidis ulceribus* ex tempore videbis; prout & *Excell. D. D. Theod. Zvvingerus Aquâ calcis vivæ*

ſimplici

Digitized by Google

ſimplici, cujus menſuræ ☿ ti ℥.j incoctı erat, commixtâ cum alia ▽a ♆ cui prius itidem *Scordium, Abſynthium, Myrrha, Crocus* incoquebantur, tumorem pedis ulceroſo-œdematoſum, cum diureſi inde motâ, curavit. Sic & notum *Pyrapyrum Zvvingeri ex albo nil paſſo, rubro* ac *nigro unctuoſo* paratum, quod jam ante ſeptuaginta annos *Tenzelius* per *calcis vivæ p.* ij. *minij p.* j. & *Saponis nigri q. ſ.* pro ſubactione explicuit. *Internè* è calce vivâ præparata ad rebelles morbos adhibere quidam minimè verentur; ſic ex illa fit remedium ad *abſceſſus internos*, quod optimè abſtergit & mira præſtat diu continuatum & repetitum; cujus Auctor eſt *Meibomius in Colleg. pract. MS.* ℞. *Calc. viv.* ℔. j. ▽ *fervent.* ℔. ij. Move diligenter per aliquot dies, quotidie tamen bis agitando, tandem ſubſidente calce aquam limpidam decanta & cola, in hanc infunde *Rad. chinæ, glycirrhiz. raſ. L. ſaſſafr. ana* ℥. ß. *H. ſcabioſ. heder. terr. ana m.* ij, ſtent per noctem, manè coq. Colat. add. *Syr. de ſymphyt.* ℥. ij. *Aq. cinamom.* ℥. iij. *MS.* de hoc decocto ſumantur manè horâ octava cochl. viij. & iterum horâ quarta veſpertina totidem. Ejuſmodi *aquam Calcis* quoque habet *Benedictus Theatr. Tabidor. p. m.* 157. quæ in hæmoptyſi vix fefellerit ad ℥. vj. ℞. *Symphyt. major. Polygon. plantag. pimpinell. ana m.* j. Marceſcant in calce viva, hinc affunde *Aquam font.* & liquor hinc ſeparetur per inclinationem Ex eadem in *Phthiſi* ℞am extrahit *Williſius Pharm. rat. Part. II. p. 68.* ℞. *Picis liquat.* ℥. j. ▽ *calcis vivæ ter cohobet.* ℔. ij. ℞tur in baln ad medietat. liquor filtretur, abſtrahatur ad conſiſtent. mellis, cui affundatur TRæ ♀ri ℔. ß. digerantur. *Doſis gut.* xx. ad xxx. Præter ▽m calcis vivæ habetur & ex ea

α *Spiritus* diureticus, dum ♌ ⊖is aut ⦶li calcis vivæ recentis ana, in cucurbita arenæ calidæ impoſitâ, ſuperaffunditur, ſicque per alembicum de ſubito applicatum ſubtilis & copioſus ſpiritus compendioſè elicitur. *Uſus* ejus ex denominatione egregius in *Calculo.*

β *Eſſentia Calcis vivæ* egregia ſequens: ℞. ♆ *rec.* è fornace extr. ne humiditas aëris attrahatur, impone illam ſtatim cucurbitæ vitr. vel veſicæ, luta capitellum, affund. 🜄 *rectificatiſſ.* ad eminent. cohobetur ad minimum vigeſies vel plus. *Menſtruum* eſt ad ſolvend. ♋. ⊟ſtallos, *lap. lyncis* &c. *Internè* datur ad *podagram* ad *gut.* x. xx. in ▽*â petroſel.* & *externè* illinitur nodis. In *Calculo* valet itidem.

II. GYPSUM ex lapide albo, molli, alabaſtri inſtar, ſemicocto vel leviter ſaltem uſto factum, calci affines habet partes, nimirum partes perfectè coctas & alias crudiores ſabulum æmulantes, unde & fit ut cum gypſo coagulatio promptior emergat, quatenus fortè partes Λliores, quæ in parte crudiore reſtitant, ſimiles nonnihil ſunt illis, quæ ignis actione, coctione ſcilicet deperditæ ſunt, promptiúſque ſic perfectè coctis partibus communicantur, quàm verò ſe habet cum ſabulo, quod non habet ejusdem ſpeciei

 parti-

particulas quales ſaxum calcarium in coctione deperdidit. *Uſus* Gypſi *mechanicus* magis qaam *medicus* eſt, imprimis verò artificium elegans eo fit, dum in maſſulam ex eo & aqua tepidâ formatam inſecta ſæpiùs immerguntur, ut cruſta dehinc exiccetur & inſectum intus latitans calcinatione novâ comburi poſſit, quò poſtea ſtannum liquatum vel aliud metallum infundi poſſit, ſicque exactiſſimè partes omnes inſecti referri. In cervicis uteri ulceribus optimè Gypſum plantis traumaticis Balneo vel ſemicupio incoquendis immiſcetur; imò & internè ad *ſcrophularum* gypſeum coagulum demendum feliciter uſurpari poteſt: ℞. *Gypſi* ℥. j. *Fragm. ſpong. Lap. ſpongiæ, Rad. pimpinell. ana* ℥.ß. *Herb artemiſ. m.j. MS. f. Pulv.*

III. LAPIS BONONIENSIS in agro Bononienſi repertus à Medico Bononienſi *Poterio Pharmacop. Spagyr. Lib. II. Cap.* 27. *p. m.* 498. deſcribitur lapis pellucidus, gypſo valde ſimilis, ⊖le & 🜍re cauſtico mordaci & adurente conſtans, vel *ſecundùm Kircherum* eſt maſſa foſſilis, gypſo 🜍reo-ſelenitica multum ○--oci, ♁nii. & ⊕li admiſtum habens. Vocatur aliàs *ſpongia ſolis, phoſphorus,* lapis illuminabilis, quia legitimè calcinatus, aëriqque diurno expoſitus, ſive aër ſit nubibus obſcurus ſeu radiis ſolaribus pervius, brevi lumen à ſole mutuatitium intra poros ſuos recipit & in obſcuro poſtea oſtentat, nimirum lapidis hujus pori ita coarctantur, ut primo elemento ſeu igni tæ materiæ pateant, globulos verò cœleſtes appellentes excludant, & quia ſubtilis illa materia virium eſt ſufficientium, ut globulos iſtos circumfuſos impellat, invalida contrà ad particulas 🜃ſtres movendas & ſeparandas, fit, ut luceat quidem, ſed tamen minimè urat, ad quod tamen maximè juvabit 🜍 album commiſtum particulis ⊖no. Ⓘſis, ſæpius cum humiditate quâdam junctis, ceu odor 🜍reus calcinatione ſe monſtrans hoc innuit, quale tamen 🜍 non adeo fugax eſt, ut in ○--oco, dum ∀um manet in △e, ad quod contribuit ⊖ ∀um cui permiſcetur. *Uſus* hujus lapidis præter oblectamentum quod viſui præſtat, eſt in *philothris,* ad barbam & pilos excidendos, ſi ex eo calcinato lixivium fiat; quia verò etiam vomitum movet, patet multùm ⊕*li* vel etiam ♁*ii*, quod ipſum ⊕lo quodam imbutum eſt, in eo latere, ac etiam ſpiritum mundi vivificum, non parùm hoſpitii in hoc lapide invenire. Vid. *Mentzelius in Tract. peculiari de hoc Lapide in Appendice ad Annum IV. & V. Ephemer. Curioſ.*

IV. PUMEX lapis eſt eroſus, ſpongioſus, exiguis cavernis refertus. *Uſus* ejus, vel ex ſignatura, ad humiditates ♉das coagulantes in glandulis imbibendas, ſtrumáſque hinc & ſcrophulas abſumendas inſervire poterit, ceu pro arcano habetur ſequens: ℞ *Sal gemm.* ℈.ij. ⊖🜍 ℈.ij *pumicis* ℈.ß. *M.f. pulv.* quotidie *in vino, urinâ propriâ,* vel ∇*a ſcrophularia* ſumendus à ☽ decreſcente ad novilunium, ſic enim melius operatur.

V. TOPHUS ſeu *Porus* lapis eſt aſper, ſcaber, poroſus & facilè in pulverem

verem ſolubilis, unde etiam ſummè levis eſt, concretus ex materia terrea in limoſos halitus reſolutâ, quam ſal nitroſum ſpiritúsque auſterus coagulat, ceu à ſale marino & ſpumâ luteâ circa littora maris concreſcunt maſſæ *Alcionia* dictæ, in quibus aves Alcyones nidos faciunt.

VI. Aſius lapis eſt ſimilis pumici ruffo, guſtu ſalſus, de quo ferunt omnia crurum ulcera in ejus lapidicinis ſanari, prout aliàs in metallorum fodinis crura vitiantur: fortè circa Thermas Piperinas, quæ crurum ulcera egregiè ſanant, hujusmodi lapides reperiuntur.

VII STALACTITES, Stalagmites concretiones itidem ſunt nitroſæ & terreſtris ſubtilis materiei, nunc in pyramidis nunc globi formam.

VIII. OSTEOCOLLA per arenam formâ cryſtalli creſcens, lapis eſt mollis, albo & cinereo colòre, figuram oſſis exhibens, concavus, intus quandòque margâ quadam prægnans. *Uſus* ejus, vel ex ſignatura, ad fracturas oſſium ad ℈j. in decocto vincæ pervincæ in vino, intra dies 4. vel 5 verùm in junioribus qui ſucculento liquore balſamico turgent non ita ſæpe ea exhibenda, ne callus craſſior inde informíſque emergat, ceu hoc ſibi in fracturâ amborum foſſilium contigiſſe refert *Fabritius Hildanus. Obſerv. Chirurg. Cent.I. Obſ. XCI. p. m. 70.*

IX CORNU FOSSILE, etiam *Lithòmarga alba* dictum, extus in cortice durum eſt, flaveſcens, intus verò medullâ molli, alba, levi, friabili, compactâ, adſtringente repletum, ortum ex marga ab aqua reſoluta, quæ dein in terræ cavitate denuo abſumpta craſſius relinquit & in lapidis formam compingit. Tale haud ita pridem circa Birſam prope urbem noſtram Baſileam repertum longitudinis & rotunditatis fere brachii in Pharmacopolio omnium inſtructiſſimo, Philoſophi Chymici noſtri Experientiſſimi, Clariſſ. *Dn: Urielis Ritzii* viſendum. Quia verò unicornu foſſile ſæpius in exteriori cortice lignum oſtendit, fieri etiam poteſt ut lignum vetuſtate arefactum prædicto lacteo è marga humore hoſpitium prabeat, hocque intra poros ſuos ita transmutetur, ut penitus transmutatum videatur, ceu & inde quandoque lignum olet è quo ortum eſt, de quo *Excell. Bauſchius Tr. peculiari. Uſus unicornu foſſilis* itidem ut aliarum margarum, bolorum & terrarum ſigillatarum eſt alexipharmacus, in Peſte, febribus malignis ſudoriferum egregium, ceu & nobilitat *Pulverem bezoardicum album Dan. Ludòvici Pharmac. p.m: 280.* ℞. *C.C. philoſ: præparat.* ℈. ij. *Terræ ſigill. Sel. Unicornu foſſil. ana* ℈. j. *Mſ.* f. pulvis, pro re natâ ♁*libus*, ♃*libus*, ♀*reis*, ♁*nis*, *pulvere viperarum, Laudano opiato exaltandus.* Sic & ingreditur *Pulverem bezoardicum Excell. Wedelij*: ℞. *C. C. Phil. ppt.* ℥ij. *Unicorn. foſſil.* 🜃 *Lemn. Corall. rubr ppt. Rad. contrayerv ana* ℥j. *ſuccin alb.* ʒvj. *Lap. bezoar. occident.* ʒ. ß. *Ol.* ♌, *citri* ℈. ß. Mſ. f. *pulv.* dandus vel *per* ſe in *malignis, Variolis, Morbillis,* confortandi & alterandi fine, vel cum ♁ *diaphor.* cum

♁*ri:*

♁ri nativ. & *Anodyno*, unde fit *pulvis* ejus *Anodynus Confortans*, eſt enim ſimul roborans & leviter adſtringens à ℈.ß. ad gr. xv. *anodynus* verò in *diarrhea*, *diſenteria maligna* locum habet; ſic namque & alios fluxus ſiſtit, *alvi*, *uteri*, *narium*, *hamorrhoidum*, valet & ad *ſyncopen* ex acido-auſteris vaporibus, *cordis tremorem*, *paſſionem cardiacam*, *vermes necandos*: commendatur item ad *oculos lachrymantes*, ſi cum *lacte* in pollinem tenuiſſimum redactum inſtilletur, item ad *ulcera* ad cicatricem perducenda, ac *intertrigines* & *ambuſta* ſananda. In ulteriorem verò commendationem egregii hujus mineralis, non pigebit adducere quæ inde ſe expertum eſſe refert *Celeb. Bauſchius*, nimirum in Variolis, ubi cum metu epilepſiæ, convulſionum aliorúmque graviſſimorum ſymptomatum inſignis in principio calor, funeſtus in augmento fluxus extrema omnia minarentur, vel alia febris malignæ indicia ſe proderent aut diuturnâ diarrhæâ vomitúque vires nimium labaſcerent, præſentiſſimum attuliſſe auxilium ægrotantibus, unica ſæpe doſi quibusdam ſtatim erupiſſe variolas, morbillos, petechias: Hinc *Globuli Bezoardici* & *Pulvis bezoardicus* laudati *Bauſchii* inde quoque habentur optimum in malignis præſidium: ℞. *Unicorn. mineral.* ▽ *ſigill. Siles. alb.* C. C. *phil. ppt. ana* ℥iij. ♁ *diaphor.* ℥j. *ex ſubtiliſſimè* tritis cum *mucilag. tragacanth. alb. ex* ▽ *ſcord. f. Globuli* in forma terræ ſigill. Turc. *Doſis* à ℈. j. ad ℈. ij. *Pulvis bezoardicus confortans* hic *eſt*: ℞. C. C. *gr.* xij. *Bezoard. miner. ſimpl. gr.* xv. *Rad. contrayerv. Lap. bezoar. or. ana gr.* xvj. *Mag. perlar.* ℈. *j.* trita inebrientur *TRâ Bezoard.* & lentè iterum ſiccentur addendo *Rotul. ex confect. alkerm.*

X. De AMIANTHO ab alumine ſciſſili, eò quod parùm linguam pungat & non adſtringat, differente, infra de Alumine quædam afferemus, nimirum eſt lapis fibroſus, lentâ & craſsâ viſciditate ſeu lentâ & viſcida craſſitie conſtans, ob omnium partium homogeneum contextum in vaporem reſolvi neſcius, ſolus ab omnium actuoſiſsima △is naturâ immunis & incombuſtibilis; hinc verò lini inſtar pecti, neri & præparari pro lubitu poteſt: qualis modus quia pro deperdito aliàs habetur, ſequens hîc (qui tamen non omnibus ſucceſſit) *ex Ol. Wormio* ſiſtitur: ℞. *Amianthi* fibris longioribus præditi, infunde in *lixivio* præparato ex *cineribus quercûs* putridæ & *cinerum clavellatorum* manipulis 2bus; bulliat in eo per quadrantem horæ, auferatur ab igne & maceretur in eo, ſpatio menſis unius, ſic lanæ carptæ modo mollis evadit; aquâ dulci aliquoties materiam hanc ablue & exicca. *Uſus Medicus* ejus eſt in *fluxu Mulierum albo*, ſi in Spiritu vini ſolvatur & ſaccharum ei permiſceatur.

XI. LAPIS SPECULARIS ſeu GLACIES MARIÆ Lapis eſt pellucidus in bracteas tenuiſſimas ſciſsilis, mollis, ex materia mucoſa (prout *Cornu Lunæ* ſeu ☽ti tenacioris viſcidique glutinis argumentum eſt) in leviſſimam ſubſtantiam

tiam

Digitized by Google

tiam expanſa, ferè ut argenti folia, exortus, ob pororum in ea rectitudinem perſpicuus eſt, & hinc *Vitrum Ruthenicum* dicitur, ceu is pro ſpecularibus & fabricandis laternis incombuſtibilibus inſervit. *Vires* ejus coſmeticæ ſunt, ob mucoſam enim ſubſtantiam, ramoſáſque particulas albas cutim teneram reddit, dealbat & derugat, fertur etiam ſi uratur & inſpergatur fiſtuloſis ulceribus, ſarcoticum eſſe. Quod ſi in liquorem redigatur, Talci vires habere, abſonum minimè videtur, ♀úrque ☽teum album ▽ius præ ſe ferre; prout in Epilepſia cranio humano maritatam Glaciem Mariæ quidam collaudant.

XII. TALCUM lapis eſt mollis, glaciei mariæ ſimillimus, in laminulas rectas, ſed flexiles & variè implicatas diviſibilis, magis tamen tenuis, colore candido argentoſo, igni invictus & incombuſtibilis, niſi certa encheireſi tractetur, ſic enim intra dimidiæ horæ ſpatium totam ejus ſubſtantiam ita calcinatam vidit *Excell. Morhoſius*, ut colore flavo ablato, ſpongioſa facta ſit, qua facilè in pollinem redigi potuit. Hinc quia ♀re albo ſummè excocto, digeſto & fixato ſcatet, Alchymici haud fruſtrà ſed ſedulo illud liquabile ſolutúmque reddere, ad inſtar Auri potabilis ſtuduerunt, quo pacto modo laudatus *Morhoſius* refert de Amico, qui ♀re ſingulari artificio ex hoc corpore extracto immedicabiles curare morbos potuerit, ut alterum illi à maximo Elixire locum poſuerit; hinc & juxta *Auctorem Aphricanæ Sophoniſbe*, non ſaltem pro coſmetico inſigni inſervit, ſed & ♀ in ☽ commutare valet. Oleum ejus *Jacobus Zvvingerus Philoſ. & Medicus Baſilienſis* olim *celeberrimus* ita parare intendit: Talcum in folia minutiſſima diviſum ſacco lineo novo indatur, ſuſpendatúrque ut cacabi, in quo fabæ elixantur, vaporem per horas ſex excipiat; ſaccus exemptus è vaſe ſuo digitis exprimatur aqua tepida madefactis & flos talci in aliud vas aqua plenum decidet, ſubſidat, aquáque per filtrum ſeparetur; quod ſubſederit, exiccetur & cum ovi albumine in formam paſtæ ſubigatur, in igne reverberii citra fuſionem calcinetur, ut in cinerem abeat, qui in tepido ſupra marmor in oleum liqueſcit. Vel reſidentia Talci prædicta ✳to optimo bis terve examinetur, abſtracto 🜄te ab omnibus defuſionibus, remanebit in vino materia alba, quæ in frigido in oleum abit 3. horarum ſpatio. Hîc & minimè reticenda *Aqua Talci* Camilli Paraſchi, quæ ſummum & præſtantiſſimum eſt coſmeticum, cutem purgans, mollem, nitidam & abſque rugis perpetuò conſervans: ℞. *Talci viridis integri q. v.* Inditum crucibulo calcina △ne reverberii per horas vj. tum in pulverem tere, iterum totidem horis calcina, exempto & lævigato adde tantundem *Borracis factit.* iterum calcina, calcinatum tere, iterúmque adde tantundem *Borracis* & denuò calcina, fiet veluti lapis pumiceus, qui facilè ſolvetur *aq. lilior. albor.* vel *ſigill. Salomonis.*



Digitized by Google

# CAPUT X.

## *De Coralliis.*

ETSI à nobis in Regno Vegetabili Corallia inter Plantas relata ſint, dum inſtar Vegetabilium manifeſtè ramos expandunt, eorúmque integræ ſylvæ ſub aquis reperiantur, tamen quia duritie inſigni prædita ſunt, & ut planta non ſimplex ſed lapidea (λιθόδενδρο, frutex marinus ſaxeus) manifeſtè vegetationem, quàm lapidibus cum reliquis mineralibus adſcripſimus, innuunt uſúmque egregium in Medicina præſtant, imò cum omnibus ferè lapidibus virtute, ob 🜍 nobile, certant, de iis in ſpecie quædam hîc proponere lubet. Neq; verò nos morabitur fabula Poëtarum, qui Corallium è virgis cruore Gorgonis Meduſæ (unde olim *Celeb. Theodorus Zvvingerus* tincturam Coralliorum *Meduſæum* ſuum vocavit) perfuſis & in lapideam duritiem concretis enatum putarunt, niſi fortè inde rectè innuere jam voluerint, 🜍 nobile rubeum in viſcoſitate ſuccoſa diſperſũ quæ tandem ⏜ ⊖nus, intimè ſe ſe inſinuando, conſtringit, in creſcentiam formoſam expandit & in duritiem, inter fruticeam mollitudinem & ſoliditatem ſaxeam mediam, adjuvante ▽æ marinæ appulſu, tandem congelat, neque enim adeo dura ſunt, dum aquis adhuc abſconduntur, quin non ſuccus nutritius aptè fibroſam illorum connexionem pervadere poſſit, ac etiam tandem in baccas ſpermaticum ſcil. ſuccum ſe ſublimare. Differentias verò Coralliorum quod ſpectat, Corallia alia rubra, alia alba, alia nigra habentur, quamvis de his quidam, ut *Celeberr. Jacobus Sponius p. m.* in *Itinerario*, dubitent, quòd non niſi frutex ſint in lapideam duritiem induratus, verùm huic ſententiæ obſtabit quæ in Archivis rarioribus obſervare licuit, ſic namque non ſaltem Piſis & Oeniponti Corallia videntur variarum ſpecierum & colorum, alba nimirum, rubra, ſed & nigra ſummè dura, griſea & violacea, (teſte *Celeberr. Patino* in *Relationibus*) ſed & ipſe, quod magis Corallia nigra confirmare videtur, vidi in Muſæo *Dn. Zannone* Bononiæ Corallium nigrum rubro colligatum, item album & nigrum ſimul adnatum, nigrum ſpinoſum rarius, Corallium rubrum elegans lineis albis variegatum &c. *Vires* Coralliorum quod ſpectat ob vim 🜺licam ♉dum abſorbentem, invertentem, roborantem, fibrarum tonum intendentem certè inſignes ſunt, præterquod tamen etiam, ſi *Helmontio* fidendum, aliter operantur, nimirum irradiativè, quo fit, ut rubra corallia appenſa hilaritatem & lætitiam, nigra triſtitiam & mœrorem inducere dicantur, imò illa in affectibus melancholicis, in ſpecie dictis & Epilepſiæ quoque egregiè opitulentur, hæc verò phrenitides & furioſas manias ſedent, pro vario ſcilicet modo, quo Archeus ab iis afficitur; hinc etiã, vel ex ſignatura rubra, cum purpurâ ſanguinis

noſtri

Digitized by Google

noſtri peculiarem ſympathiam colunt, dum in febribus malignis, ubi M. S. infecta eſt, ſplendorem ſuum deponunt, imò inſtante morte, *Ettmyllero* teſte, maculis liventibus & nigricantibus conſpurcantur, id quod effluviis ſanguineis attribuendum erit, prout & appenſa mulieri hyſtericæ pallefcunt, affricta contrà carni mulieris ſanæ fulgorem priſtinum recuperant.

I. CORALLIA RUBRA pulveriſata per ſe, ut dictum, potentiſſimè ♉dum corpori hoſtile adgrediuntur, illúdque edomant, unde in variis affectibus inde exortis egregiè operantur, præprimis in affectibus ventriculi & inteſtinorum, quorum fibrillas motrices amicè roborant, hinc in *affectu hypochondriaco, cardialgiâ, paſſione hyſtericâ, Colicâ, Lienteriâ, Diarrhæa, Dyſenteriis* &c. optimum exhibent remedium.

II. MAGISTERIUM CORALLORUM quidem non ſine causâ hactenus *Zvvelfero* aliiſque malè audiit, quòd id ♌bus ♉dis paratum, ſicque ſaturatum, impotenſque ♉dum morboſum adgredi, inutilis fere calx ſit & quoad virtutes plurimum caſtretur; Verùm quia nihilominus mitius ejuſmodi magiſterium inde haberi poteſt ✚to ♀liſato, quod ad ebullitionem à particulis bilioſis acrioribus inductam valet, præparationem ex Junkenio hanc damus: ℞. ⊖ ♀ri vel *ciner. clavell.* ℔ij. affund. ✚ fortiſſ. ℥xv. ebullitione ſedatâ decantetur liquor inſipidus, hinc ⊖ reſiduum ſiccetur, affundatur denuo ✚, idque repetatur ut prius, donec nulla amplius efferveſcentia notari poſſit & alcali penitus ✚to imprægnatum; hoc dein indatur ☾tæ & habebitur menſtruum Coralliis ſuperinfundendum ad eminent. 3. vel 4. digitorum, unde quod in loco tepido ſolutum eſt, decantandum, ruſúsque de menſtruo affundendum; ſolutiones demum abſtrahendæ ad ſiccitatem materiáque alba reſidua ▽ frigidâ edulcoranda, ſicque habebitur Magiſterium corallorum in Diarrhæis, Dyſenteriis, Hæmoptyſi, hæmorrhagiis, aliiſque fluxibus p. n. ſi ullum in uſum adhibendum: In Dyſenteria ℞. *Magiſt. Corallor.* C. C. *uſt. Nuc. moſch. ana* ℈.ß. *Theriac. cœleſt. gr.* j. *Ms. f. pulv. in ſyr. cond. nuc. moſch.* ſumendus. In hæmorrhagiis quoque ad *acre* ♀*linum* liquefaciens nimis M. S. ſpiritúſque nimis inquietos valet hocce. ℞. *Mag. corallor. perlar. ana* ℈. ß. *Aqua plant.* ✚ *roſac. ana* ℥. ß. *ſyr. corallor. ana* ℥. ß. *Ms.*

III. SYRUPUS CORALLORUM ita parari ſolet: ℞. *Corallor. rubr.* ℥.ij. *diſſolv* in *ſucci citri* ℔ j. Digerantur per octiduum & poſtea filtrentur in hac ſolve *ſacchar. albiſſ.* & digere evaporando ad ſyrupi conſiſtentiam: Commodus quoque & melius fit ſi modo prædicto ✚to ♀liſato ſolvantur unde ℞. *Magiſter. Corallior.* prædict. ℥ij. vel iij. *ſolv.* in *ſucco ribium* vel *berber. clarific.* ℥ iv. adde *ſacchar. opt.* ℔ j & ſolâ digeſtione & diſſolutione emergit ſyrupus, in morbis ab Archæo furioſo, fluxibus p. n. ad confortandum haud contemnendus.



Digitized by Google

IV. ℞ Corallorum quæ non ſit coloratum menſtruum vel tincta ſaltem ſolutio, ſed 🜍re ſuo, à quo Corallia rubra colorari diximus, prægnans certè paratu difficilis eſt. Clariſſ. quondam hîc Practicus *Bernhardus Verzascha* ℟am Corallorum præparati fecit ex 🜊u ſol quercûs (ex ſucco nimirum eorum fermentato & 𝔖ne prolecto) affuſo Coralliis pulveris. rurſus abſtracto ad conſiſt mellis, unde 🜈 elegantem rubedinem contrahit, hancque contra omnes generis fluxus alvinos conducere in *Epiſt.* ad *Celeberr. Wepferum* in *Obſerv.* C. teſtatur; ſimiliter ferè *Celeberr. Michaelis* cum 🜊u lignorum per digeſtionem ex Coralliis ℟ am extraxit, aſſentiente quoque *Kirchero Mund. ſubterr. Lib. I. p.* 101. qualiter tamen ſubtilis ſaltem ſit ſolutio, vel abſtractione menſtrui vel facili præcipitatione in pulverem redigenda. Hinc ab aliis aliter ℟ coralliorum parari ſolet: ℞. *Corall. rubr.* 🜕 *opt. ana q. ſ.* indantur 🝭 tubulatæ (uti aliàs -ᴧ-us de tribus parari ſolet) & prodibit in recipientem amplum -ᴧ-us 🜕tri, Coralliis in 🝭 calcinatis, quibus deinde 🜈 rectificatus affundendus, ut ℟ in anxietatibus hypochondriacis utilis obtineatur, Verùm quia & ſic TRa potiùs ex 🜕tro fixo emergit, quàm ex vero Coralliorum 🜍re, Acutiſſimus Chymiater *Joel Langelottus in Epiſt. ad praecellentiſſ. Naturæ Curioſos* inauditam hactenus Coralliorum reſolutionem tentavit Oleo quodam (fortè aniſi peculiariter præparato) inter deſtillata vegetabilia blandiſſimo, unde vix exacto menſe, cùm more ſolito cucurbitam agitaret, animadvertit fragmenta Corallina paulò intenſius rubere & molleſcere ſine ulla tamen olei mutatione; hinc perrexit eodem gradu caloris & animadvertit mirabiliter Corallia penitus in mucilaginem rubicundiſſimam reſoluta eſſe, verùm quia menſtruum hoc 🜍um ſe combinare cum 🜍re coralliorum non poſſet, quamvis repetita fuerit digeſtio, affudit tandem 🜈 ♀ſatum, à quo brevi digeſtione reſolutus eſt liquor in rubicundiſſimam ℟am.

FINIS Sectionis Tertiæ.

DISSER-

# DISSERTATIONIS DE REGNO MINERALI SECTIO IV. DE MEDIIS MINERALIBUS.

## *EJUSQUE PARS I.*

## DE SALIBUS.

### CAPUT I.

*De Mediis Mineralibus in genere, eorúmq; Ortu & Mixtione.*

PRÆMISSO ſcrutinio Metallorum & Lapidum agendum porrò nobis de *Mediis Mineralibus*, quæ ita dicuntur, quòd mediam inter illa duo quaſi naturam habeant, ſunt enim ex parte lapides & dura inſtar lapidum, & ex parte metalla, quia funduntur & liquefiunt inſtar metallorum: Differentia nimirum hæc eſt, Lapis nec liqueſcit nec metallo ductilis exiſtit: metallum verò ſub malleo tractabile & igne liquabile eſt: media verò liqueſcunt & non producuntur, ſed in fragmenta diſſiliunt, quò lapidem referunt, liqueſcentia verò metallum. Ex hoc verò jam patere poterit, quantum & his mediis mineralibus priora duo mineralia, Metalla nimirum & Lapides debeant, ceu quæ ex varia horum combinatione & confermentatione quaſi reſultant, quantàque itidem virtus in hiſce reſidere debeat, dum è Metallis & Lapidibus congenera & affinia his 🜍ra & ⊖lia denuò per artem ſunt eruenda, quo exoptatus effectus obtineri poſſit. Diſpeſcuntur autem *Media Mineralia* in SALIA, SULPHURA & TERRAS, quorum priora duo aliis vocantur *Succi concreti*, *Salia* quidem macri, *Sulphura* verò pingues, nimirum pro principiorum variâ



Digitized by Google

commixtione, particularum conſtituentium pororúmque diverſâ habitudine, maximè verò mundani ſpiritus, nectarei vivifici Divini ſalis concentratione variâ, diverſa ejuſmodi corpora producuntur; eſt ſcilicet materia mundi ſubtiliſſima (aliis ſpiritus æthereus, Mercurius aëreus) quæ poros telluris anguſtos penetrans & pervadens exacuatur, ſed nihilominus circa terreſtres quaſdam particulas aliter inde figuratas detinetur & incorporatur, ſicque ad ſtatum aliquem quietis & rigiditatis normam deducitur, unde varia puncta ſalina *Salia* nimirum oriri videntur & exhinc etiam, pro materiæ ſubtilis vario motu ac quiete, particularúmque præcipuè ramoſarum variè agitatarum accumulatione & congreſſu diverſa *Sulphura*, ceu in ſequentibus de hoc clariùs; Ubi verò particulæ terreſtres minus arcto nexu junguntur, pori & interſtitia magna relinquuntur, parcéq; iis aſſociantur ramoſæ partes, rigidáque ſalina puncta minus vel multum diſperſa ſaltem in iis exiccant, *Terra* reſultant. Quopacto autem Corporum ejuſmodi diverſitas emergat, *Carteſius Principor. Philoſoph. Part. IV. §. LIX. & ſeq.* explicare contendit, ex materiæ ſubtilis inæquali per terram interiorem (de qua Sect. I. Cap. V.) quæ non ubiq; æquè denſa eſt, tranſitu, unde ejus particulæ, ſemper aliquantulum modò plus modò minus moventur, non eæ ſolùm quæ vicinis non annexæ ſunt, ut particulæ argenti vivi, & ſalis & aquæ dulcis & aliæ quævis in majoribus ejus meatibus contentæ, ſed etiam eæ quæ omnium ſunt duriſſimæ ac ſibi mutuò quàm firmiſſimè adhærent. Non quidem quod hæ ab invicem planè ſeparentur, ſed eodem modo quo videmus arborum ramos ventis impulſos agitari, & eorum intervalla nunc majora reddi nunc minora, quamvis idcirco arbores iſtæ radicibus ſuis haud evellantur, ita ſimiliter per quam ingenioſè *Carteſius* infert, craſſas & ramoſas terræ iſtius particulas ita connexas eſſe atque implexas, ut planè ab invicem motu caloris disjungi haud poſſint, ſed ſaltem aliquantum concutiantur & meatus circa ſe relictos modò magis modò minùs aperiant. Quia verò terræ hujus particulæ invicem fortiùs connexæ duriores ſunt particulis aliis terræ illius quæ ipſis incumbit & ſuprà locatur, hæ dum in has inferiores eorúmque meatus & poros delabuntur, ipſas facilè motu iſto ſuo contundere & comminuere, ſicque ad duo genera figurarum, ad quarum ortum non immeritò *Carteſius* attendit, reducere poſſe infert; Hinc namque de Succis acribus & acidis, ex quibus fiunt *Atramentum ſutorium, Alumen* &c. item de Materia oleaginea *Bituminis*, *Sulphuris* &c. ita philoſophatur: nempe particulæ quarum materia paulò ſolidior eſt, quales ſunt ſalis, meatibus iſtis interceptæ atque contuſæ, ex teretibus & rigidis planæ ac flexiles redduntur, non aliter quàm ferrri candentis virga rotunda, crebris malleorum ictibus in laminam oblongam poteſt complanari, cumque interim hæ particulæ vi caloris actæ hinc inde per meatus iſtos ſerpant, duris eorum

parti-

parietibus alliſæ atq; affrictæ, gladiolorum inſtar acuuntur, ſicq; in ſuccos quoſdam acres,acidos,erodentes vertuntur: qui ſucci poſtea cum metallica materia concreſcentes, ***atramentum ſutorium***, cum lapidea, ***alumen*** & ſic alia multa componunt. Particulæ autem molliores, quales ſunt pleræque ex terra exteriori delapſæ, nec non etiam eæ aquæ dulcis ibi penitus eliſæ tam tenues evadunt, ut motu materiæ primi elementi diſcerpantur atque in multos minutiſſimos & quàm maximè flexiles ramulos dividantur, qui ramuli terreſtribus aliis particulis adhærentes, componunt ***Sulphur***, ***Bitumen*** & alia omnia pinguia ſeu oleaginea quæ in fodinis reperiuntur. Quicquid ſit fingátque hac in re intellectus humanus, oportet certè ut ex certis circumſtantiis, directione & diſpoſitione Altiſſimi ab ambobus, agente & patiente, particulæ tales & tales eleventur & ſibi occurrant & in uno loco quam natura matricis inſtar præparavit, commiſceantur, & ſoliditate loci conſerventur; niſi verò locus ille ſolidus(ceu ad ſoliditatem ejuſmodi etiam reſpexit *Carteſius*) eſſet, particulæ à materia cœleſti agitatæ exhalarent, nec etiam ipſius loci frigiditas illas in commixtione condenſaret & confortaret, inde namque & earum mutua invicem actio & reactio, ſubtiliſatio & depuratio emergit, id quod ſine calore ventris terræ cooperante & maturante à motu ſcilicet & lumine cœleſtium corporum fieri nequit.

## CAPUT II.

### *De SALIBUS in genere.*

SALIBUS autem meritò inter media mineralia primatum deferimus, dùm haud absque ratione ***Homerus*** Sal ***divini*** nomine inſignivit & ***Plato*** in ***Timæo*** Sal ***Deo amicum corpus*** vocavit, Solem & Salem ***optima vitæ*** dixit, prout & ipſeq; Servator Apoſtolos vocavit ***ſal terræ*** & ***lumen mundi***; in ſalibus ſcilicet balſamum nidulatur vitæ ſummè reficiens, unde ***Cornelius Drebelius*** non aliâ ratione ſuos refecit, fame à longâ in mari ſuſcepta peregrinatione pereuntes, quàm maximâ vi ſalis ita congeſtâ ut inde vapor elatus illos afflaret. ***Salium*** autem nomine ſumitur id quod cùm ſit durum & friabile in aquâ tamen diſſolvitur, quo ſignificatu etiam ſales ***compoſiti***, ut X., item ⊕lum; ○ inter ſales nnmerantur, quamvis hæc ***ſaliformia*** potius ***corpora*** aut ***ſucci*** vocari poſſint, quia ex corpore quodam non ſale, per ſpiritum acrem ſoluto & rurſus coagulato orta ſunt, ut in ſequentibus patebit; excluduntur verò ſic à ⊖bus pellucidæ aliquorum metallorum venæ in aqua minimè liquabiles, ceu ſunt ***Argentum rude rubrum & pellucidum*** (Roht durchſichtig Gulden Ertz) quod rubino ſimile eſt & plusquam ex ſemiſſe argenteum, item ***Argentum rude:***

*rude Corneum* gediegen horn=färbig Silber=Erz) quod ad candelæ flammam liquatur & priore adhuc argentoſius eſt. Dum verò Salia *corpora* vocamus in *mediis aquoſis reſolubilia*, eorúmque inſignem differentiam quoad diacriſin innuimus, notamus etiam requiſita diverſa velut menſtrua in quibus liquentur, & cum quibus ratione texturæ & compoſitionis conveniant; quo namque fit ut diverſa ſalia in unâ eadémque aquâ reſolvi poſſint, ſic ut unum ſolutum nihilominus alteri ſolutionem haud deneget, diverſa namque textura ſalium texturæ aquæ intimæ ſat variantis correſpondere debet, ſic namque obſervamus ſal commune in aqua liquatum eam in tantum imbuere quantum aqua recipere potis eſt, reliquum verò (egregio exemplo ad compoſitiones Medicamentorum, ne eorum farrago ingens in unâ ſæpe formula ægri crumenam fruſtra extenuet) decidere in fundum, relictis nihilominus poris aliis velut vacuis, quibus alterius ſalis generis puncta ſuſcipi poſſunt, variant ſcilicet plurimum texturæ internæ & configurationes inter hæc ſalia, dum in aliis figura triangularis, quadrangula, hexagona, octaedra &c. obſervatur, quo fit ut & motus eorum variet ac hoc motu raris mollibúsque Vegetabilium & Animalium ⊖ibus validiores oſtendant vires: imò hinc quoque fit ut deſtillata hæc ſalia diverſos quoque præbeant ſpiritus ac inſuper ſi unà ſolvantur & evaporentur regionem ſibi quodvis particularem ob figurarum internarum irregularitatem quaſi eligat, quamvis quoad externam figuram ſal idem numero variè concreſcere poſſit, ceu videmus Nitrum evaporatione in trabeculas ſeu ſtrias concreſcere, marmoris verò ſpeciem æmulari dum in catino fuſorio liquefit & in pelvim orichalcinam aut porphyritem effunditur, lanuginis autem vel nivis conſiſtentiam in fictilis ſuperficie exteriore adipiſci, dum aquis dilutum per fictile transudat: imò Nitro, ſale marino, Vitriolo ſeorſim vel omnibus ſimul in aqua ſolutis, evaporatione inſtitutâ, apparet, ſalia adſcendere juxta vitri altitudinem ad margines uſque, quò cum pervenerunt ab altera parte deſcendunt ad baſin vitri uſque quod ſale penitus tectum eſt. Quòd ſi verò attendere velimus ad intimam ſalium figuram in qua præprimis convenire poſſint, illa particulis ejus ſeu atomis quibus componuntur ex effectu commodiſſimè oblonga & acuminata attribui poterit, hinc namque compungens ſalium ſapor, illorúmque facilior in aëre humido vel aquâ exſolutio, dum hujus partes lubricæ & flexiles circa ſalium ſpicula convolvuntur eaque ſecum abducunt. Hinc & quia particulæ illorum inflexiles ſunt & duræ, non mirum cur Salia ſint friabilia & non ægrè invicem ſeparentur.

CAPUT

Digitized by Google

## CAPUT III.

### *De Sale communi & Sale Gemmæ.*

SAli communi, quia princeps omnium ſalium exiſtit, ac *nobiliſſimum* ac *optimum aroma* haud inconcinnè dicitur, dum cibi neceſſitatem, referente *Plutarcho*, in ſuavitatem acido ſuo activo convertit, meritò primas deferimus. Eſt autem illud vel *foſſile* & cæduum quod ſtatis effoditur è locis, quo pacto refert *Varenius in Geograph.* totam inſulam Ormum nil niſi durum candidum ſalem eſſe, ex quo ſecto parietes ædium conſtruuntur: vel *marinum* quo mare ſcatet & imbuitur ut Aër nitro: vel *fontanum* quod lacus, fluvii ac fontes ſufficiunt, quo pacto in Germania plures ſunt fontes ſale inſignes, unde ſua nomina nobilia oppida ſunt mutuata, ut *Hala Hermundorum*, *Hala Sueviæ*, *Hala Rhætiæ*, *Saluburgum* &c: Ex quibus tamen hoc poſterius prioribus, quia rarius & levius, cedit, dum filtratione per poros terræ aqua marina ſalſa de ſuâ acredine aliquid perdit acidúmque ejus infringitur, hinc namque *Marinum* quod meritò *pater* reliquorum dicitur, majus & durius & elegantius in cryſtallis eſt, in quo & 🜍 vivum perfectum ardens, ex odore 🜍reo in rectificatione ſe prodente, nidulatur, ceu jam Homerus unctuoſitatem ejuſmodi aquæ marinæ ſalſæ agnovit, dum Naſicaan Alcinoi Regis filiam fingit præcepiſſe famulabus, veſtes ſuas & Ulyſſem naufragum uvidum non marinâ aquâ ſed fluviali abluerent. Aliàs quia ſal ſalſum & muriaticum eſt, non ſaltem quoad ipſius particularum figuras, obtuſos aculeos ab acumine in latiorem baſin deſinentes obtinet, ſed & quoad binos illos naturæ pugiles ex Ωli & ♉do (ut monſtrat cita granulatio ſalis admixtione fellis vel ſanguinis bubuli, dum hujus ⊖ Λle ſe cum ♉do unit) conſtabit, magis tamen de naturâ Ωli habebit, quàm ♉di, experimento *Grevv. p. 64.* qui obſervavit ⊖em communem cum ſolo ∽u ⊕li efferveſcere, notátque ∽um ejus eſſe ♉dum continens quid de Ωli, multùm differens à ∽u 🜍ris, ⊕li &c. Cœterùm *Ortum ſalis communis* quod ſpectat, primarium id acceptum referet materiæ ſubtili, quatenus illa motu continuo per meatus & poros 🜃 anguſtos exacuta & ſubtiliſata, ita ut è particulis planis & maximè mobilibus jam magis ad quietem redacta retineatur circa diſpoſitas particulas 🜃æ magis combuſtæ, quæ particulæ aliis ejuſdem materiæ particulis (quæ per meatus 🜃æ apertiores tranſitum obtinuere, adeo ut non tam immutatæ exiſtant) obviam factæ ſe invicem abripiunt & ſibi mutuò cohærent, unde & refert *Leurſen in Prodr. Theatr. Chym. Cap. IX.* ⊖ commune re quadam vili in ☿rium currentem permutari ex ejúsque ∽u coagulato facilè

chartam comburi poſſe. Quia verò ⊖ centrale corpus naturæ eſt, virtutem, vigorem & robur ∇æ concilians non poſſunt non *Uſus Salis* eſſe infiniti, qui tamen redigi poſſunt in ſeq. nimirum ſunt aut *Theologici* dum olim eo DEUS delectabatur in ſacrificiis *Numer. XV.* aut *Politici* quatenus non ſaltem olim in Æthiopiâ ſal d'Angugni pro moneta inſerviit & antiquitus Imperatores ſale milites ſolvebant, unde Salarium, ſed & hodie Principum & Magiſtratuum præcipui reditus inde habentur; aut *Diætetici* ſec. illud quod ſibi optat *Horatius: Modò ſit mihi menſa tripes & concha ſalis puri.* Sal namque cum eſculentis aſſumptum, præterquam illa à corruptione ſervat, quia ejus partes punctatim carnes v. g. ingrediendo ſe in modum p[illegible]illorum habent & motum partium carnis impediunt, digeſtionem ſummopere facilitat, incidendo, abſtergendo, ſalia ſylveſtria heterogenea infringendo, abſorbendo & per diureſin eliminando, unde & tantùm abeſt ut calculo laborantibus ſalis uſus ſit interdicendus, quin nõ in morbis etiam acutis, ubi appetitus proſtratus eſt, Medico cogitandum ſit, Hominem abſque ſale vivere aut diu incorruptum manere non poſſe, atque ideo juxta monitum *Cardilucii in Not. ad Hartmann. p. m. 631.* in potulentis ſal ipſi in ſufficientia propinari debeat: aut ſunt *Chymici*, dum facit ad ſolutiones Auri, metallorum fluores, depurationes &c. aut ſunt *Medici*, iique vel *interni* vel *externi*. Sic namque in *Apoplexia* inſultu ſi nil ad manus ſit optimè mox exhibetur vomitorium ex *ſalis comm.* ʒ.j. in *Aq font.* quo citiùs eò meliùs: imò crediderim in aliis morbis, ubi inciſione & abſterſione humorum opus eſt, id aliis commixtum laudabiles effectus præſtaturum, ſi modo frequentius in uſum adhibeatur, ſic namq; halecis ⊖ti uſu quartanarium reſtitutum refert *Rolfincius*, item Aurigam non paucos febre diuturnâ laborantes, hauſtu vini, in quo manipulum ſalis prius diſſolviſſet, exhibito, curaſſe docet *Clariſſ. à Brunn Syſt. Mat. Med. p. m. 24.* de quo & in *Regno Vegetab. §. XXIV.* ubi de *Salſo Sapore*. *Externè* quantùm valeat ⊖ depuratum patet ex eo, quod aſſerit citatus *Leurſen*, equum ſub ſella ex compreſſione aut alio vulnere læſum feliciter curari ſolo fœno intincto & madefacto liquore in quo ſal ſolutum. Hinc & in *combuſtionum* ἐμπυρώσεων extrahendo certiſſimum eſt, item in *Colicâ flatulentâ, Cephalalgiâ* ab humore frigido in *Sacculo reſolvente* ſequenti humorem frigidum craſſum parti impactum ſecundùm *Fernelium*, qui ad catarrhos ſiccandos, cerebrúmque roborandum in ſuis *Conſiliis* eo utitur: ℞. ⊖ *commun.* ℥. iij. *ſem. aniſ. fœnicul. fœnogræc. Baccar. laur. ana* ℥. j. ß. *Milij* ℔. ß. Torrefiant in ſartagine, ſenſim affundendo *Vini generoſi q. ſ.* Includantur duobus ſacculis, qui viciſſim calentes applicentur, V prius irrorati.

Ex *Præparatis* è *ſale communi* ſit

I. SPIRITUS SALIS, qualis gratiſſimus omnium ſic fit: ℞. ⊖ part. iij. *Boli*

Digitized by Google

℥ij. *Boli comm. p.* viij. ʃ\tur aperto igne, rectificetur è cucurbita, ubi prodit *phlegma*, hinc *⁓us ſtriatus* ac in fundo *Oleum* ſeu *⁓us concentratus*. Quâ in operatione fit ut ⊖les teretes & rigidi per △is torturam dividantur quoad minima ramenta, quæ per △em exaſperata undiquaque angulis acutis ſcindentia linguæ noſtræ imprimunt ſenſum acidi: Quale itidem leniori igne ex ∴ tentare licet, ſed mediante menſtruo corroſivo: ℞. ⊖ comm. ℔j ▽. *pluvial.* ℔j.ß. o°o ⊕*li rectif.* ℥ iv. vel. v. ʃ\tur ex ∴ in fine augendo ignem ad totalem liquoris egreſſionem, ita n. corroſivum ⊕li oleum ſupplebit vehementiam ignis & ⊖les corrodendo comminuet in minima ramenta, quem ſtatum ⊖lium *Willis de Ferment.* *vocat* ⊖*les ad fluorem* evectos. *Uſus* hujus ⁓ûs ⊖is egregius in phlegmate tenaci viſcido incidendo, ſubtiliando, dividendo, ceu hinc aliquot guttæ ejus cum liquore ſpirituoſo aromatico aſſumptæ optimum præbent *ſtomachicum* ad appetitum deperditum reſtaurandum, fermentúmque ventriculi deſes exaltandum & è glandulis ſtomachicis proliciendum; *diureſin* quoque movet, ſi aquis diureticis diluatur, per ſe namque potius renum tubulos perverteret magíſque corrugaret, egregiè verò illic tartarum rubicundum, ſub ſpecie ſabuli rutilantis in matula tandem ſe prodentem ut & ſanguineum quandoque ⊡æ præ ſe ferentem colorem præſente ſtranguriâ intolerabili domat, prout *Drawitius* teſtatur præ calidioribus diureticis, *⁓u therebinth. Juniperi*, ⁓um hunc ⊖lis ſtrennum hîc ſe præſtare averruncum; exinde quoque in *Hydrope* optimus, in quo ſitim inſuper compeſcit, ceu & in *Febribus ardentibus* eadem ratione valet, dum & ſanguinis ardorem extinguit & putredini reſiſtit, ▽is cordialibus disgregatione permiſtus.

II SPIRITUS SALIS DULCIS, temperatus magis, minúſque corroſivus ita habetur: ℞. ⁓ ⊖is rectific. p. j. 🜈 rectificatiſſ. p. iij. (anaticâ n. portione minus dulcis redditur) Digere ſimul per 24. hor. poſtmodum ʃ\tur ex ∴ per ☋ vitr. idque repete ſæpius digerendo & deſtillando, donec alcohol vini bene cum ⁓ acido unitum h. e ut blandum o°o vini ſuis hamulis & ramuſculis complexum fuerit ⊖les ſcindentes ⊕ & ⊖is quorum anguli acuti obtunduntur molli o°o vini. Quod ſi ſuccinctius elaboratum volueris, ⁓ûmq; deſideraveris ⊖is △lem o°o vini temperatum: ℞. ⊖ comm. ad fluorem usque calcinati ℥iiij. o°o ⊕li rectific. Alcohol vini ℥vj. vel viij. cautè o°o ⊕li ⊖ communi affunde ne illud in fumum △lem convertat, qui ut ſervetur alcohol vini prius affundendum, ut in gremio ſuo ſuſcipiat grumos iſtos ⊖nos △les & ſub molli ſuo ol. abſcondat, deſtilletur leni igne, ita n. cum alcohol vini tranſibit ⁓ ⊖is △lis ol. vini temperatus, & deſcribet ⁓um ⊖is dulcem △lem. Vires ejus ſunt obſtructiones reſerare, appe-



Digitized by Google

titum proſtratum reſtaurare, diureſin movere & putredini reſiſtere. Inſuper genetoſiſſimum menſtruum exhibet in extrahendis TRis mineralium & metallorum, maximè ſi ſecundum quoſdam –∩–us ⊖lis viridis (quæ tamen viriditas ſec *Etmyllerum* ſolùm eſt ab adjunctis lateribus quæ ſub ʃ\ tione ſolvuntur) repetitis cohobijs in *Circulatum minus Paracelſi* convertatur, ceu quo metalla calcinata diſponuntur, ut fixa reddantur volatilia.

III. SPIRITUS ⊖LIS COAGULATUS *Mynſichti* ita paratur: ℞. –∩– ⊖ *comm.* ⊖ *abſynth. cryſt. ill. ana*, affund. & coagula. *Uſus* ejus præſtantiſſimus in *Hydrope* an *aq absynth.* & –∩– *fl. ſambuc.* quotidie continuando donec ille & *tympanites* paucis diebus evaneſcant, reſolvit quippe egregiè viſcidum ♀reum in glandulis & per diureſin potenter eliminat. Doſ. à gr. vj ad xii, xv. *Pharam. Rhumelius* ſpiritum ⊖lis coagulavit cum ⊜le △li ſuccini & ſic quoque diureticum in *hydrope* & *nephritide* conveniens effecit haud contemnendum.

IV. SAL MIRABILE GLAUBERI ita fit: ℞. ⊙ in deſtillatione –∩–ûs ⊖lis abſque △ne ſupra *S. I.* relict. ſolve ▽â tepida, filtra per chartam, colaturam in vitro evaporatorio evapora ad quart. part. conſumptionem reſiduum relinque per noctem in loco frigido ſic in mediis undis creſcunt cryſtalli oblongi & dulces, minimè corroſivi ſed ſalſo dulces, qui vocantur ⊖ *mirabile unum*; aqua verò relicta etiam evaporari poteſt ad ſiccitatem & hoc eſt ⊖ *mirabile alterum*. *Glauberus* verò hoc mirabile appellat meritò dum mutatione certâ ⊖lium texturæ figit & ſolvit, figit v. g. & coagulat, ſuper charta albâ & arenâ calidâ leniter prius calcinatum, omnis generis liquores, ut eſt vinum, ✝tum, cereviſia (p. j. ⊖lis & p. iij. Liquoris ſumendo) & brevi tempore in glaciem convertit: ſolvit verò & reſerat clauſtra ☉ri, aliorúmque ſubjectorum ♀reorum ut ♄ii, quo pacto in *Collectan. Chymic. Leydenſ.* egregium Balſamum ♄ialem eo paravit Excell. *Maëtſius*, ſupra allatum: obſervatur etiam hoc ⊖ mirabili omne amarum mox in mitiorem ſaporem converti, v. g. ſi cum *myrrhâ*, *aloë* &c. commiſceatur, & 🜄 affundatur, qualiter inſignis liquor balſamicus obtinetur, animal. eo intinctum diutiſſimè à corruptione conſervans, prout & intus hinc in *Hydrope* balſamum internum egregiè confortat & reſtaurat. Quia verò Sal Gemmæ multum cum præcedenti ⊖le convenit de eo hîc quædam addere lubet.

SAL GEMMÆ ita dicitur quòd reſplendeat & album ſit inſtar cryſtalli, quę cauſa eſt quod coronæ, candelabra & alia ejuſmodi ex ipſo fabricata, quaſi ex vero cryſtallo eſſent efficta, ex urbe Cardonâ in Regno Cataloniæ, ubi elegantiſſimum habetur, vendantur, referente *Carlo Lancillotti Nuova Guida alla Chimica Part. II. C. VI. p. m. 125.* Quamvis autem multùm conveniat

cum

cum ⊖le communi, tamen in eo differentia eſt quòd in congreſſu ad latum particularum, de quibus *cap. anteced.* plurimùm lapideæ materiæ immixtum ſit, quâ de cauſa etiam durius eſt, magíſque adſtringit & carnem à corruptione fortius vindicat, ſed tamen minus ad condiendos cibos aptum eſt, dum aſperitate illà lapideâ dentes offendit nec facilè exolvitur; hinc minus ut ⊖ commune alimentoſum ſed magis medicamentoſum exiſtit, virtutéſque ejus fortiores; prout *Camillus* Medicus Genuenſis illud *Pilularum* ſuarum elegantis compoſitionis adverſùs Quartanam contumaciſſimum aliàs maximéque rebellem morbum ingrediens eſſe voluit: ℞. *Gum. ſagapen.* ʒ. vj. *ammoniac.* ʒ. v. *Extr. troch: alhand.* ℥j. *Diagrid.* ℥ß. ⊖ *gemmæ* ʒ. j. ß. *ſyr. violac. q. ſ.* F. M. P. ex qua formentur pilulæ ciceris formâ *Doſis* à *gr.* vij. ad ℈. ß.

# CAPUT IV.

## *De Nitro:*

NITRI Etymologia præteriri poſſet, niſi tacitè locus natalis, facultates & differentiæ inde, inſinuarentur; Nitrum ſcil. vel à Nitria provincia Ægypti dicitur vel ab effectu, ex Græco lavare, νίζειν, νίπτειν, quia mundificat. Sic verò & diſtinguitur juxta *Gaſſendum* Nitrum à Sale petræ dicto, quod illud non uti hoc deflagret, nimirum in illo remanent quidam cineres, ſed hoc totaliter conſumitur. Eſt autem Nitrum vel *naturale* in Terra vel ſupra terram florens repertum, vel *artificiale* ex aquis *Nili*, quæ ex Rabbinorum ſententiâ ex aquis maſculis ſuperioribus, ſcilicet rore & pluviâ ſeu nubeculis roſcidis nitroſis circa ſolſtitium fermento velut turgentiores excurſibus ſuis totam terram aliàs fœcundant, primitus per evaporationem △is vel ſolaris vel focalis extractum, cujus pars ſubtilior *Aphronitrum* dicitur. Hinc jam patere poterit, ⦶ copioſo turgere ſpiritu, dum & vaſa diſrumpit atque in multos halitus ſe diffundit, imò illud mirabile naturæ concretum eſſe, dum ut frigidum calorem domat & nihilominus purus putus △is eſt, metalla quævis in fluorem concitans, meritóque ⦶ ſerpens terreus, ſpiritúſque ⦶tri, aqua ignis vocatur. Quia verò ſpiritus ⊖tri ♉dus ⊖li ▽o aut cum carbonibus ♌ſato conjunctus, perfectum exhibet ⦶trum haud inconcinna erit ſententia *Mayovv de Nitro Cap. I.* illud nimirum conſtare ex ſale ♉do maximè igneo, & inſuper ♌li ſeu ⊖is ♌li vicem ſubeunte, ⊖le Ʌli putè ⊖ſo, prout & poſt deſtillationem ⌒u ♉do protruſo, relinquitur in ☋tà ⦶um ▽um ⊖li ♌li ſimillimum, quod egregiè ad venena domanda valet. Ob hoc ♉dum verò fit ut ⦶ concretum ſalſum optatò Ʌle ferociens in corpore figat, motúmque ejus ſufflaminet, quæ cauſa eſt quod

 refri-

IV. ℞ CORALLORUM quæ non ſit coloratum menſtruum vel tincta ſaltem ſolutio, ſed ♀re ſuo, à quo Corallia rubra colorari diximus, prægnans certè paratu difficilis eſt. Clariſſ. quondam hîc Practicus *Bernhardus Verzaſcha* ℞am Corallorum præparari fecit ex ∽u ſol quercûs (ex ſucco nimirum eorum fermentato & ♌ne prolecto) affuſo Coralliis pulveris. rurſus abſtracto ad conſiſt mellis, unde ∇ elegantem rubedinem contrahit, hancque contra omnes generis fluxus alvinos conducere in *Epiſt.* ad *Celeberr. Wepferum* in *Obſerv.* C. teſtatur; ſimiliter ferè *Celeberr. Michaelis* cum ∽u lignorum per digeſtionem ex Coralliis ℞am extraxit, aſſentiente quoque *Kirchero Mund. ſubterr. Lib. I. p.* 101. qualiter tamen ſubtilis ſaltem ſit ſolutio, vel abſtractione menſtrui vel facili præcipitatione in pulverem redigenda. Hinc ab aliis aliter ℞ coralliorum parari ſolet: *℞. Corall. rubr.* ⊕ *opt. ana q. ſ.* indantur ☋ tubulatæ (uti aliàs ∽us de tribus parari ſolet) & prodibit in recipientem amplum ∽us ⊕tri, Coralliis in ☋ calcinatis, quibus deinde ∇ rectificatus affundendus, ut ℞ in anxietatibus hypochondriacis utilis obtineatur. Verùm quia & ſic TRa potiùs ex ⊕tro fixo emergit, quàm ex vero Coralliorum ♀re, Acutiſſimus Chymiater *Joel Langelottus in Epiſt. ad præcellentiſſ. Naturæ Curioſos* inauditam hactenus Coralliorum reſolutionem tentavit Oleo quodam (fortè aniſi peculiariter præparato) inter deſtillata vegetabilia blandiſſimo, unde vix exacto menſe, cùm more ſolito cucurbitam agitaret, animadvertit fragmenta Corallina paulò intenſius rubere & molleſcere ſine ulla tamen olei mutatione; hinc perrexit eodem gradu caloris & animadvertit mirabiliter Corallia penitus in mucilaginem rubicundiſſimam reſoluta eſſe, verùm quia menſtruum hoc ♀um ſe combinare cum ♀re coralliorum non poſſet, quamvis repetita fuerit digeſtio, affudit tandem ∇ ♀ſatum, à quo brevi digeſtione reſolutus eſt liquor in rubicundiſſimam ℞am.

FINIS Sectionis Tertiæ.

DISSER-

Digitized by Google

# DISSERTATIONIS DE REGNO MINERALI SECTIO IV. DE MEDIIS MINERALIBUS.

## *EJUSQUE PARS I.*

## DE SALIBUS.

### CAPUT I.

*De Mediis Mineralibus in genere, eorúmq; Ortu & Mixtione.*

PRÆMISSO ſcrutinio Metallorum & Lapidum agendum porrò nobis de *Mediis Mineralibus*, quæ ita dicuntur, quòd mediam inter illa duo quaſi naturam habeant, ſunt enim ex parte lapides & dura inſtar lapidum, & ex parte metalla, quia funduntur & liquefiunt inſtar metallorum: Differentia nimirum hæc eſt, Lapis nec liqueſcit nec metallo ductilis exiſtit: metallum verò ſub malleo tractabile & igne liquabile eſt: media verò liqueſcunt & non producuntur, ſed in fragmenta diſſiliunt, quo lapidem referunt, liqueſcentia verò metallum. Ex hoc verò jam patere poterit, quantum & his mediis mineralibus priora duo mineralia, Metalla nimirum & Lapides debeant, ceu quæ ex varia horum combinatione & confermentatione quaſi reſultant, quantáque itidem virtus in hiſce reſidere debeat, dum è Metallis & Lapidibus congenera & affinia his ♀ra & ⊖lia denuò per artem ſunt eruenda, quo exoptatus effectus obtineri poſſit. Diſpeſcuntur autem *Media Mineralia* in SALIA, SULPHURA & TERRAS, quorum priora duo aliis vocantur *Succi concreti*, *Salia* quidem macri, *Sulphura* verò pingues, nimirum pro principiorum variâ

commixtione, particularum conſtituentium pororúmque diversâ habitudine, maximè verò mundani ſpiritus, nectarei vivifici Divini ſalis concentratione variâ, diverſa ejuſmodi corpora producuntur; eſt ſcilicet materia mundi ſubtiliſſima (aliis ſpiritus æthereus, Mercurius aëreus) quæ poros telluris anguſtos penetrans & pervadens exacuatur, ſed nihilominus circa terreſtres quaſdam particulas aliter inde figuratas detinetur & incorporatur, ſicque ad ſtatum aliquem quietis & rigiditatis normam deducitur, unde varia puncta ſalina *Salia* nimirum oriri videntur & exhinc etiam, pro materiæ ſubtilis vario motu ac quiete, particularúmque præcipuè ramoſarum variè agitatarum accumulatione & congreſſu diverſa *Sulphura*, ceu in ſequentibus de hoc clariùs; Ubi verò particulæ terreſtres minus arcto nexu junguntur, pori & interſtitia magna relinquuntur, parcéq; iis aſſociantur ramoſæ partes, rigidáque ſalina puncta minus vel multum diſperſa ſaltem in iis exiccant, *Terra* reſultant. Quopacto autem Corporum ejuſmodi diverſitas emergat, *Carteſius Princip. Philoſoph. Part. IV. §. LIX. & ſeq.* explicare contendit, ex materiæ ſubtilis inæquali per terram interiorem (de qua Sect. I. Cap. V.) quæ non ubiq; æquè denſa eſt, tranſitu, unde ejus particulæ, ſemper aliquantulum modò plus modò minus moventur, non eæ ſolùm quæ vicinis non annexæ ſunt, ut particulæ argenti vivi, & ſalis & aquæ dulcis & aliæ quævis in majoribus ejus meatibus contentæ, ſed etiam eæ quæ omnium ſunt duriſſimæ ac ſibi mutuò quàm firmiſſimè adhærent. Non quidem quod hæ ab invicem planè ſeparentur, ſed eodem modo quo videmus arborum ramos ventis impulſos agitari, & eorum intervalla nunc majora reddi nunc minora, quamvis idcirco arbores iſtæ radicibus ſuis haud evellantur, ita ſimiliter per quam ingenioſè *Carteſius* infert, craſſas & ramoſas terræ iſtius particulas ita connexas eſſe atque implexas, ut planè ab invicem motu caloris disjungi haud poſſint, ſed ſaltem aliquantum concutiantur & meatus circa ſe relictos modò magis modò minùs aperiant. Quia verò terræ hujus particulæ invicem fortiùs connexæ duriores ſunt particulis aliis terræ illius quæ ipſis incumbit & ſuprà locatur, hæ dum in has inferiores eorúmque meatus & poros delabuntur, ipſas facilè motu iſto ſuo contundere & comminuere, ſicque ad duo genera figurarum, ad quarum ortum non immeritò *Carteſius* attendit, reducere poſſe infert; Hinc namque de Succis acribus & acidis, ex quibus fiunt *Atramentum ſutorium, Alumen* &c. item de Materia oleaginea *Bituminis*, *Sulphuris* &c. ita philoſophatur: nempe particulæ quarum materia paulò ſolidior eſt, quales ſunt ſalis, meatibus iſtis interceptæ atque contuſæ, ex teretibus & rigidis planæ ac flexiles redduntur, non aliter quàm ferri candentis virga rotunda, crebris malleorum ictibus in laminam oblongam poteſt complanari, cumque interim hæ particulæ vi caloris actæ hinc inde per meatus iſtos ſerpant, duris eorum parti-

parietibus, alliſæ atq; affrictæ, gladiolorum inſtar acuuntur, ſicq; in ſuccos quoſdam acres, acidos, erodentes vertuntur: qui ſucci poſtea cum metallica materia concreſcentes, *atramentum ſutorium*, cum lapidea, *alumen* & ſic alia multa componunt. Particulæ autem molliores, quales ſunt pleræque ex terra exteriori delapſæ, nec non etiam eæ aquæ dulcis ibi penitus eliſæ tam tenues evadunt, ut motu materiæ primi elementi diſcerpantur atque in multos minutiſſimos & quàm maximè flexiles ramulos dividantur, qui ramuli terreſtribus aliis particulis adhærentes, componunt *Sulphur*, *Bitumen* & alia omnia pinguia ſeu oleaginea quæ in fodinis reperiuntur. Quicquid ſit fingàtque hac in re intellectus humanus, oportet certè ut ex certis circumſtantiis, directione & diſpoſitione Altiſſimi ab ambobus, agente & patiente, particulæ tales & tales eleventur & ſibi occurrant & in uno loco quam natura matricis inſtar præparavit, commiſceantur, & ſoliditate loci conſerventur; niſi verò locus ille ſolidus (ceu ad ſoliditatem ejuſmodi etiam reſpexit *Carteſius*) eſſet, particulæ à materia cœleſti agitatæ exhalarent, nec etiam ipſius loci frigiditas illas in commixtione condenſaret & confortaret, inde namque & earum mutua invicem actio & reactio, ſubtiliſatio & depuratio emergit, id quod ſine calore ventris terræ cooperante & maturante à motu ſcilicet & lumine cœleſtium corporum fieri nequit.

## CAPUT II.

### *De Salibus in genere.*

SAlibus autem meritò inter media mineralia primatum deferimus, dum haud abſque ratione *Homerus* Sal *divini* nomine inſignivit & *Plato in Timæo* Sal *Deo amicum corpus* vocavit, Solem & Salem *optima vitæ* dixit, prout & ipſeq; Servator Apoſtolos vocavit *ſal terræ & lumen mundi*; in ſalibus ſcilicet balſamum nidulatur vitæ ſummè reficiens, unde *Cornelius Drebelius* non aliâ ratione ſuos refecit, fame à longâ in mari ſuſcepta peregrinatione pereuntes, quàm maximâ vi ſalis ita congeſtâ ut inde vapor elatus illos afflaret. *Salium* autem nomine ſumitur id quod cùm ſit durum & friabile in aquâ tamen diſſolvitur, quo ſignificatu etiam ſales *compoſiti*, ut X, item ⊕lum, ○ inter ſales numerantur, quamvis hæc *ſaliformia* potius *corpora* aut *ſucci* vocari poſſint, quia ex corpore quodam non ſale, per ſpiritum acrem ſoluto & rurſus coagulato orta ſunt, ut in ſequentibus patebit; excluduntur verò ſic à ⊖bus pellucidæ aliquorum metallorum venæ in aqua minimè liquabiles, ceu ſunt *Argentum rude rubrum & pellucidum* (Roht durchſichtig Gulden Ertz) quod rubino ſimile eſt & pluſquam ex ſemiſſe argenteum, item *Argentum rude*

*rude Corneum* gediegen horn-färbig Silber-Ertz) quod ad candelæ flammam liquatur & priore adhuc argentoſius eſt. Dum verò Salia *corpora* vocamus in *mediis aquoſis reſolubilia*, eorúmque inſignem differentiam quoad diacriſin innuimus, notamus etiam requiſita diverſa velut menſtrua in quibus liquentur, & cum quibus ratione texturæ & compoſitionis conveniant; quo namque fit ut diverſa ſalia in unâ eadémque aquâ reſolvi poſſint, ſic ut unum ſolutum nihilominus alteri ſolutionem haud deneget, diverſa namque textura ſalium texturæ aquæ intimæ ſat variantis correſpondere debet, ſic namque obſervamus ſal commune in aqua liquatum eam in tantum imbuere quantum aqua recipere potis eſt, reliquum verò (egregio exemplo ad compoſitiones Medicamentorum, ne eorum farrago ingens in unâ ſæpe formula ægri crumenam fruſtra extenuet) decidere in fundum, relictis nihilominus poris aliis velut vacuis, quibus alterius ſalis generis puncta ſuſcipi poſſunt, variant ſcilicet plurimum texturæ internæ & configurationes inter hæc ſalia, dum in aliis figura triangularis, quadrangula, hexagona, octaedra &c. obſervatur, quo fit ut & motus eorum variet ac hoc motu raris mollibúſque Vegetabilium & Animalium ⊖bus validiores oſtendant vires: imò hinc quoque fit ut deſtillata hæc ſalia diverſos quoque præbeant ſpiritus ac inſuper ſi unà ſolvantur & evaporentur regionem ſibi quodvis particularem ob figurarum internarum irregularitatem quaſi eligat, quamvis quoad externam figuram ſal idem numero variè concreſcere poſſit, ceu videmus Nitrum evaporatione in trabeculas ſeu ſtirias concreſcere, marmoris verò ſpeciem æmulari dum in catino fuſorio liquefit & in pelvim orichalcinam aut porphyritem effunditur, lanuginis autem vel nivis conſiſtentiam in fictilis ſuperficie exteriore adipiſci, dum aquis dilutum per fictile tranſudat: imò Nitro, ſale marino, Vitriolo ſeorſim vel omnibus ſimul in aqua ſolutis, evaporatione inſtitutâ, apparet, ſalia adſcendere juxta vitri altitudinem ad margines usque, quò cum pervenerunt ab altera parte deſcendunt ad baſin vitri usque quod ſale penitus tectum eſt. Quòd ſi verò attendere velimus ad intimam ſalium figuram in qua præprimis convenire poſſint, illa particulis ejus ſeu atomis quibus componuntur ex effectu commodiſſimè oblonga & acuminata attribui poterit, hinc namque compungens ſalium ſapor, illorúmque facilior in aëre humido vel aquâ exſolutio, dum hujus partes lubricæ & flexiles circa ſalium ſpicula convolvuntur eaque ſecum abducunt. Hinc & quia particulæ illorum inflexiles ſunt & duræ, non mirum cur Salia ſint friabilia & non ægrè invicem ſeparentur.

CAPUT

# CAPUT III.

## *De Sale communi & Sale Gemmæ.*

SAli communi, quia princeps omnium ſalium exiſtit, ac *nobiliſſimum* ac *optimum aroma* haud inconcinnè dicitur, dum cibi neceſſitatem, referente *Plutarcho*, in ſuavitatem acido ſuo activo convertit, meritò primas deferimus. Eſt autem illud vel *foſſile* & cæduum quod ſtatis effoditur è locis, quo pacto refert *Varenius in Geograph.* totam inſulam Ormum nil niſi durum candidum ſalem eſſe, ex quo ſecto parietes ædium conſtruuntur: vel *marinum* quo mare ſcatet & imbuitur ut Aër nitro: vel *fontanum* quod lacus, fluvii ac fontes ſufficiunt, quo pacto in Germania plures ſunt fontes ſale inſignes, unde ſua nomina nobilia oppida ſunt mutuata, ut *Hala Hermundorum*, *Hala Sueviæ*, *Hala Rhatiæ*, *Saliburgum* &c: Ex quibus tamen hoc poſterius prioribus, quia rarius & levius, cedit, dum filtratione per poros terræ aqua marina ſalſa de ſuâ acredine aliquid perdit acidúmque ejus infringitur, hinc namque *Marinum* quod meritò *pater* reliquorum dicitur, majus & durius & elegantius in cryſtallis eſt, in quo & 🜍 vivum perfectum ardens, ex odore 🜍reo in rectificatione ſe prodente, nidulatur, ceu jam Homerus unctuoſitatem ejuſmodi aquæ marinæ ſalſæ agnovit, dum Naſicaan Alcinoi Regis filiam fingit præcepiſſe famulabus, veſtes ſuas & Ulyſſem naufragum uvidum non marinâ aquâ ſed fluviali abluerent. Aliàs quia ſal ſalſum & muriaticum eſt, non ſaltem quoad ipſius particularum figuras, obtuſos aculeos ab acumine in latiorem baſin deſinentes obtinet, ſed & quoad binos illos naturæ pugiles ex 🜊li & ♉do (ut monſtrat cita granulatio ſalis admixtione fellis vel ſanguinis bubuli, dum hujus 🜔 ∧le ſe cum ♉do unit) conſtabit, magis tamen de naturâ 🜊li habebit, quàm ♉di, experimento *Grevv. p. 64.* qui obſervavit 🜔em communem cum ſolo -∿-u 🜖li effervefcere, notàtque -∿-um ejus eſſe ♉dum continens quid de 🜊li, multùm differens à -∿-u 🜍ris, 🜖li &c. Cœterùm *Ortum ſalis communis* quod ſpectat, primarium id acceptum referet materiæ ſubtili, quatenus illa motu continuo per meatus & poros 🜃 anguſtos exacuta & ſubtiliſata, ita ut è particulis planis & maximè mobilibus jam magis ad quietem redacta retineatur circa diſpoſitas particulas 🜃æ magis combuſtæ, quæ particulæ aliis ejuſdem materiæ particulis (quæ per meatus 🜃æ apertiores tranſitum obtinuere, adeo ut non tam immutatæ exiſtant) obviam factæ ſe invicem abripiunt & ſibi mutuò cohærent, unde & refert *Leurſen in Prodr. Theatr. Chym. Cap. IX.* 🜔 commune re quadam vili in ☿rium currentem permutari ex ejúsque -∿-u coagulato facilè

chartam comburi poſſe. Quia verò ⊖ centrale corpus naturæ eſt, virtutem, vigorem & robur 🜃æ concilians non poſſunt non *Uſus Salu* eſſe infiniti, qui tamen redigi poſſunt in ſeq. nimirum ſunt aut *Theologici* dum olim eo DEUS delectabatur in ſacrificiis *Numer. XV.* aut *Politici* quatenus non ſaltem olim in Æthiopiâ ſal d'Angugni pro moneta inſerviit & antiquitus Imperatores ſale milites ſolvebant, unde Salarium, ſed & hodie Principum & Magiſtratuum præcipui reditus inde habentur; aut *Diætetici* ſec. illud quod ſibi optat *Horatius*: *Modò ſit mihi menſa tripes & concha ſalis puri.* Sal namque cum eſculentis aſſumptum, præterquam illa à corruptione ſervat, quia ejus partes punctatim carnes v. g. ingrediendo ſe in modum paxillorum habent & motum partium carnis impediunt, digeſtionem ſummopere facilitat, incidendo, abſtergendo, ſalia ſylveſtria heterogenea infringendo, abſorbendo & per diureſin eliminando, unde & tantùm abeſt ut calculo laborantibus ſalis uſus ſit interdicendus, quin nõ in morbis etiam acutis, ubi appetitus proſtratus eſt, Medico cogitandum ſit, Hominem abſque ſale vivere aut diu incorruptum manere non poſſe, atque ideo juxta monitum *Cardilucii in Not. ad Hartmann. p. m. 631.* in potulentis ſal ipſi in ſufficientia propinari debeat: aut ſunt *Chymici*, dum facit ad ſolutiones Auri, metallorum fluores, depurationes &c. aut ſunt *Medici*, iique vel *interni* vel *externi*. Sic namque in *Apoplexia* inſultu ſi nil ad manus ſit optimè mox exhibetur vomitorium ex *ſalu comm.* ʒ.j. in *Aq font.* quo citiùs eò meliùs: imò crediderim in aliis morbis, ubi inciſione & abſterſione humorum opus eſt, id aliis commixtum laudabiles effectus præſtaturum, ſi modo frequentius in uſum adhibeatur, ſic namq; halecis ⊖ti uſu quartanarium reſtitutum refert *Rolfincius*, item Aurigam non paucos febre diuturnâ laborantes, hauſtu vini, in quo manipulum ſalis prius diſſolviſſet, exhibito, curaſſe docet *Clariſs. à Brunn Syſt. Mat. Med. p. m. 24.* de quo & in *Regno Vegetab.* §. XXIV. ubi de *Salſo Sapore.* *Externè* quantùm valeat ⊖ depuratum patet ex eo, quod aſſerit citatus *Leurſen.* equum ſub ſella ex compreſſione aut alio vulnere læſum feliciter curari ſolo fœno intincto & madefacto liquore in quo ſal ſolutum. Hinc & in *combuſtionum* ἰμπυώσει extrahendo certiſſimum eſt, item in *Colicâ flatulentâ*, *Cephalalgiâ* ab humore frigido in *Sacculo reſolvente* ſequenti humorem frigidum craſſum parti impactum ſecundùm *Fernelium*, qui ad catarrhos ſiccandos, cerebrúmque roborandum in ſuis *Conſiliis* eo utitur: ℞. ⊖ *commun.* ℥. iij. *ſem. aniſ. fœnicul. fœnogræc. Baccar. laur. ana* ℥. j. ß. *Milij* ℔. ß. Torrefiant in ſartagine, ſenſim affundendo *Vini generoſi q. ſ.* Includantur duobus ſacculis, qui viciſſim calentes applicentur, 🜊 prius irrorati.

Ex *Præparatis* è *ſale communi* ſit

I. SPIRITUS SALIS, qualis gratiſſimus omnium ſic fit: ℞. ⊖ part. iij. *Boli*

iij. *Boli comm. p.* viij. ♌tur aperto igne, rectificetur è cucurbita, ubi prodit *phlegma*, hinc ~*us ſtriatus* ac in fundo *Oleum* ſeu ~*us concentratus*. Quâ in operatione fit ut ⊖les teretes & rigidi per △is torturam dividantur quoad minima ramenta, quæ per △em exaſperata undiquaque angulis acutis ſcindentia linguæ noſtræ imprimunt ſenſum acidi: Quale itidem leniori igne ex ∴ tentare licet, ſed mediante menſtruo corroſivo: ℞. ⊖ comm. ℔j ▽. *pluvial.* ℔j. ß. ₒ°ₒ ⊕*li rectif.* ℥ iv. vel. v. ♌tur ex ∴ in fine augendo ignem ad totalem liquoris egreſſionem, ita n. corroſivum ⊕li oleum ſupplebit vehementiam ignis & ⊖les corrodendo comminuet in minima ramenta, quem ſtatum ⊖lium *Willis de Ferment.* *vocat* ⊖*les ad fluorem* evectos. *Uſus* hujus ~ûs ⊖is egregius in phlegmate tenaci viſcido incidendo, ſubtiliando, dividendo, ceu hinc aliquot guttæ ejus cum liquore ſpirituoſo aromatico aſſumptæ optimum præbent *ſtomachicum* ad appetitum deperditum reſtaurandum, fermentúmque ventriculi deſes exaltandum & è glandulis ſtomachicis proliciendum; *diureſin* quoque movet, ſi aquis diureticis diluatur, per ſe namque potius renum tubulos perverteret magiſque corrugaret, egregiè verò illic tartarum rubicundum, ſub ſpecie ſabuli rutilantis in matula tandem ſe prodentem ut & ſanguineum quandoque ⊡æ præ ſe ferentem colorem præſente ſtranguriâ intolerabili domat, prout *Dravvitius* teſtatur præ calidioribus diureticis, ~*u therebinth. Juniperi*, ~um hunc ⊖lis ſtrennum hîc ſe præſtare averruncum; exinde quoque in *Hydrope* optimus, in quo ſitim inſuper compeſcit, ceu & in *Febribus ardentibus* eadem ratione valet, dum & ſanguinis ardorem extinguit & putredini reſiſtit, ▽is cordialibus disgregatione permiſtus.

II Spiritus Salis Dulcis, temperatus magis, minúſque corroſivus ita habetur: ℞. ~ ⊖is rectific. p. j. 🜈 rectificatiſſ. p. iij. (anaticâ n. portione minus dulcis redditur) Digere ſimul per 24. hor. poſtmodum ♌tur ex ∴ per 🝭 vitr. idque repete ſæpius digerendo & deſtillando, donec alcohol vini bene cum ~ acido unitum h. e ut blandum ₒ°ₒ vini ſuis hamulis & ramuſculis complexum fuerit ⊖les ſcindentes ⊕ & ⊖is quorum anguli acuti obtunduntur molli ₒ°ₒ vini. Quod ſi ſuccinctius elatoratum volueris, ~úmq; deſideraveris ⊖is △lem ₒ°ₒ vini temperatum: ℞. ⊖ comm. ad fluorem usque calcinati ℥iiij. ₒ°ₒ ⊕li rectific. Alcohol vini ℥vj. vel viij. cautè ₒ°ₒ ⊕li ⊖ communi affunde ne illud in fumum △lem convertat, qui ut ſervetur alcohol vini prius affundendum, ut in gremio ſuo ſuſcipiat grumos iſtos ⊖nos △les & ſub molli ſuo ol. abſcondat, deſtilletur leni igne, ita n. cum alcohol vini tranſibit ~ ⊖is △lis ol. vini temperatus, & deſcribet ~um ⊖is dulcem △lem. Vires ejus ſunt obſtructiones reſerare, appe-

titum proſtratum reſtaurare, diureſin movere & putredini reſiſtere. Inſuper genetoſiſſimum menſtruum exhibet in extrahendis TRis mineralium & metallorum, maximè ſi ſecundum quoſdam ⁓us ⊖lis viridis (quæ tamen viriditas ſec. *Ettmyllerum* ſolùm eſt ab adjunctis lateribus quæ ſub ☌tione ſolvuntur) repetitis cohobijs in *Circulatum minus Paracelſi* convertatur, ceu quo metalla calcinata diſponuntur, ut fixa reddantur volatilia.

III. SPIRITUS ⊖LIS COAGULATUS *Mynſichti* ita paratur: ℞. ⁓ ⊖ *comm.* ⊖ *abſynth. cryſtall. ana*, affund. & coagula. *Uſus* ejus præſtantiſſimus in *Hydrope* an *aq. abſynth.* & ⁓ *fl. ſambuc.* quotidie continuando donec ille & *tympanites* paucis diebus evaneſcant, reſolvit quippe egregiè viſcidum ♀reum in glandulis & per diureſin potenter eliminat. Doſ. à gr. vj ad xii, xv. *Pharam. Rhumelius* ſpiritum ⊖lis coagulavit cum ⊜le △li ſuccini & ſic quoque diureticum in *hydrope* & *nephritide* conveniens effecit haud contemnendum.

IV. SAL MIRABILE GLAUBERI ita fit: ℞. ⊙ in deſtillatione ⁓ûs ⊖lis abſque △ne ſupra ſ. I. relict. ſolve ▽â tepida, filtra per chartam, colaturam in vitro evaporatorio evapora ad quart. part. conſumptionem reſiduum relinque per noctem in loco frigido ſic in mediis undis creſcunt cryſtalli oblongi & dulces, minimè corroſivi ſed ſalſo dulces, qui vocantur ⊖ *mirabile unum*; aqua verò relicta etiam evaporari poteſt ad ſiccitatem & hoc eſt ⊖ *mirabile alterum*. *Glauberus* verò hoc mirabile appellat meritò dum mutatione certâ ⊖lium texturæ figit & ſolvit, figit v. g. & coagulat, ſuper charta albâ & arenâ calidâ leniter prius calcinatum, omnis generis liquores, ut eſt vinum, ✠tum, cerevifia (p. j. ⊖lis & p. iij. Liquoris ſumendo) & brevi tempore in glaciem convertit: ſolvit verò & reſerat clauſtra ⊙ri, aliorúmque ſubjectorum ♀reorum ut ♁ii, quo pacto in *Collectan. Chymic. Leydenſ.* egregium Balſamum ♁ialem eo paravit Excell. *Maëtſius*, ſupra allatum: obſervatur etiam hoc ⊖ mirabili omne amarum mox in mitiorem ſaporem converti, v. g. ſi cum *myrrhâ*, *aloë* &c. commiſceatur, & 🜄 affundatur, qualiter inſignis liquor balſamicus obtinetur, animal eo intinctum diutiſſimè à corruptione conſervans, prout & intus hinc in *Hydrope* balſamum internum egregiè confortat & reſtaurat. Quia verò Sal Gemmæ multum cum præcedenti ⊖le convenit de eo hîc quædam addere lubet.

SAL GEMMÆ ita dicitur quòd reſplendeat & album ſit inſtar cryſtalli, quę cauſa eſt quod coronæ, candelabra & alia ejuſmodi ex ipſo fabricata, quaſi ex vero cryſtallo eſſent effecta, ex urbe Cardonâ in Regno Cataloniæ, ubi elegantiſſimum habetur, vendantur, referente *Carlo Lancillotti Nuova Guida alla Chimica Part. II. C. VI. p. m. 125.* Quamvis autem multùm conveniat

cum

Digitized by Google

cum 🜔le communi, tamen in eo differentia eſt quòd in congreſſu illarum particularum, de quibus *cap. anteced.* plurimùm lapideæ materiæ immixtum ſit, quâ de cauſa etiam durius eſt, magiſque adſtringit & carnem à corruptione fortius vindicat, ſed tamen minus ad condiendos cibos aptum eſt, dum aſperitate illâ lapideâ dentes offendit nec facilè exolvitur; hinc minus ut 🜔 commune alimentoſum ſed magis medicamentoſum exiſtit, virtutéſque ejus fortiores; prout *Camillus* Medicus Genuenſis illud *Pilularum* ſuarum elegantis compoſitionis adverſus Quartanam contumaciſſimum aliàs maximéque rebellem morbum ingrediens eſſe voluit; ℞. *Gum. ſagapen.* ʒ. vj. *ammoniac.* ʒ. v. *Extr. troch. alhand.* ℥j. *Diagrid.* ℥ß. 🜔 *gemmæ* ʒ. j. ß. *ſyr. violac. q. ſ.* F. M. P. ex qua formentur pilulæ ciceris formâ *Doſis* à *gr.* vij. ad ℈. ß.

## CAPUT IV.

### *De Nitro.*

NITRI Etymologia præteriri poſſet, niſi tacitè locus natalis, facultates & differentiæ inde, inſinuarentur; Nitrum ſcil. vel à Nitria provinciâ Ægypti dicitur vel ab effectu, ex Græco lavare, νίζω, νίτρον, quia mundificat. Sic verò & diſtinguitur juxta *Gaſſendum* Nitrum à Sale petræ dicto, quod illud non uti hoc deflagret, nimirum in illo remanent quidam cineres, ſed hoc totaliter conſumitur. Eſt autem Nitrum vel *naturale* in Terra vel ſupra terram florens repertum, vel *artificiale* ex aquis *Nili*, quæ ex Rabbinorum ſententiâ ex aquis maſculis ſuperioribus, ſcilicet rore & pluviâ ſeu nubeculis roſcidis nitroſis circa ſolſtitium fermento velut turgentiores excurſibus ſuis totam terram aliàs fœcundant, primitus per evaporationem 🜂is vel ſolaris vel focalis extractum, cujus pars ſubtilior *Aphronitrum* dicitur. Hinc jam patere poterit, 🜕 copioſo turgere ſpiritu, dum & vaſa diſrumpit atque in multos halitus ſe diffundit, imò illud mirabile naturæ concretum eſſe, dum ut frigidum calorem domat & nihilominus purus putus 🜂is eſt, metalla quævis in fluorem concitans, meritóque 🜕 ſerpens terreus, ſpiritúſque 🜕tri, aqua ignis vocatur. Quia verò ſpiritus 🜔tri ♉dus 🜔li 🜄o aut cum carbonibus ♌ſato conjunctus, perſectum exhibet 🜕trum haud inconcinna erit ſententia *Mayovv de Nitro Cap. I.* illud nimirum conſtare ex ſale ♉do maximè igneo, & inſuper ♌li ſeu 🜔is ♌li vicem ſubeunte, 🜔le 🜁li purè 🜔ſo, prout & poſt deſtillationem ∿u ♉do protruſo, relinquitur in ♋tâ 🜕um 🜄um 🜔li ♌li ſimillimum, quod egregiè ad venena domanda valet. Ob hoc ♉dum verò fit ut 🜕 concretum ſalſum optatò 🜁le ferociens in corpore figat, motúmque ejus ſufflaminet, quæ cauſa eſt quod.

*refrigerare* dicatur: hinc & ſitim inſigniter extinguit, quatenus ut concretum ſalſum ratione ⊖lis △lis c°o ſi quod ab excrementis animalium, circa quarum viciniam potiſſimum generatur, unà recipit, cujúſque ratione flammam concipere videtur, acre vellicans fauces mitiget, ac etiam ♉do ſuo ∽u motum inordinatum fluidorum cogit, quæ cauſa eſt, quod in (*Vires Nitri inſigniores*) *hæmorrhagiis ſiſtendis, febribus malignis* edomandis, *Satyriaſi* item & *Salacitate*, ex nimio ∽tuum & humorum motu, præſentaneum afferat auxilium, imò etiam ſucceſſivè totalem in re Venereâ impotentiam conciliare poſſit, ut exemplo à *Timæo à Guldenklee* allato per notum, quamvis aliàs ſi ⦶ rebus detrahatur, vis ipſa prolifica, generatio & vita ſimul videatur auferri, & ▽æ & maris fœcunditas nonniſi ex hoc ⊖le fluat, adeo ut ad id præprimis in Naturæ contemplatione ſit reſpiciendum, ceu in Regno tum Vegetabili tum Animali in id intendimus, cùm haud abſonum ſit ſtatuere ſeminarias rationes in ∽u univerſi, hunc verò in ⊖libus maximè ⦶tro & ⊕lo velut in proprio domicilio reſidere. Verùm ut hoc dilucidiùs pateat, Nitri geneſis erit indaganda, ad quam nos manuducit *Leurſen Prodr. Th. Chym. Cap. IX.* referens ⦶ gradu ſuperare ⊖ commune, eíque natales ſuos debere, nimirum è ⊖le communi magis △li reddito ſimul cum particulis ramoſis contexitur proceſſu ſequenti: Particulæ ⊖is communis mediante calore externo ☉ris & radiorum ☉rium in motum deductæ ſimul adſciſcunt in poros ſuos particulas ſubtiliſſimas ramoſas radiorum ☉rium, qui hinc in hiſce ut matricibus retinentur; unde etiam liquet cur ⦶ è regionibus calidioribus allatum majoris ſit efficaciæ, quia nimirum particulæ in majori motu exiſtere poſſunt & per conſequens particulas ramoſas intimius poris ſuis appropriare; Sic in latrinis, ſtabulis, cellis & foveis oritur halinitrum quoddam ejusdem naturæ, quia motu illo intrinſeco & ope fermentationis particularum ⊖lia iſta ⩦tur & ramoſas ibidem exhalantes particulas ſuſcipiunt; In Germania verò & aliis regionibus frigidis ⦶ non tam bonæ notæ eruitur quia nimirum, ut communiter loquuntur, nimio ⊖le communi refarcitum eſt, vel quia particulæ ⊖is communis ⦶trum conſtituentes non ſatis radiorum ſeu particularum ramoſarum ſibi aſſumpſere & in ſtatum △litatis deductæ ſunt; Confirmant hæc quod ⦶ arte obtineri poſſit è ⊖le communi, ſi nempe ⊖ commune cum calce permixtum (qualiter aliàs ad rebelles tumores commendat *Geilfuſius de Therm. Wisbadenſ.*) parùm calcinetur, ut particulæ magis aptæ fiant ad aëris motum ſuſcipiendum, nimirum ♆ poros ⊖is communis aperit, adeo ut ingreſſus aëri in illos pateat, ſic verò pulveriſata poſtea in ollam vel quodcunque vas injiciuntur & continuò humectantur ▽â communi vel ⊡â, ut hæc fluiditate inductâ eò meliùs motum inteſtinum concipiat, hæc verò mixtura ita reponitur in ☉le ſub umbrâ, ne pluvia in eam cadere

poſſit

Digitized by Google

poſſit, & ſpatio 5. vel 6. menſium planè degenerabit ⊖ in ⏀ purum, quod ▽â communi elixiviandum erit; Quod ſi verò *Ungulæ, Coriorum ramenta, Cornua abraſa,* & ſimilia ⊖le △li abundantia terrâmque fœcundantia his adjiciantur, tantò major ⏀ copia obtinebitur. Obtinetur autem communiter ⏀ ex acerrimo lixivio quod excolatur ex fimo, ſtercoréque antiquato, vel putridis etiam cœmeteriorum maceriis, terríſque ſimul ſtudio quodam putrefactis, affusâ pluries in vaſis ligneis aquâ, quâ eadem hoc lixivium in magnis lebetibus coquitur, ceu Venetiis in magno Armamentario ad pulverem pyrium conficiendum taliter parari videre licuit. Apud eoſdem quia *Borrax* ſeu *Chryſocolla Aurifabrorum* ex nitro vulgari paratur, modum eorum viréſque Borracis hîc adnectere, haud inconſultum erit; Fit is ſeq. modo: ℞. *Nitrum pellucidi dulcis* ℔. iv. *Lactis vaccini* ∫\ *t.* ℔. ij. *Mellis deſpumati* trientem, Croci ℥. ß. ſolve ſuper prunis, adde Lixivii facti ex cinere bono & calce teſtarum ovorum ℔. iij. Loca in ollâ vitreata in cella per menſem, & congelaſcent in lapillos, horum ℔. *j.* ſolve in ▽ font. ℔. iv. ſuper △ diſpuma, filtra & coagula in ſalem: quamvis *Hoffmannus* teſtetur ex minerâ quadam fieri, forte ut *Cæſapinus* habet, ex cremato lapide quodam candido & fiſſili, quem Borracem crudum vocant. Quidquid ſit *Vires Borracis* progeniei nitroſæ inſignes ſunt in ciendis *menſibus,* pellendis *ſecundinis* & *partu, moláque* & *fœtu mortuo,* in *aq. cinam. puleg. artemiſ. ſabin.* &c. â ℈. *j.* vel ʒ. ß. potenter namque ⏜us uterinos exuſcitat & humores illic colliquat, prout non minus in Viris genitalia ignava exuſcitat ſi ciceris quantitate in ovo ſorbili offeratur: *Pulvis* aliàs ad *partum Excell Wedelii* inde habetur: ℞. *Borrac. Ven.* ʒ. j. vel ℈. iv. *Croci* ℈. ß. vel ℈. j. *Ol. ſuccin. cinamom. ana gut.* ß. vel j. *MS.* pro 2. vel 3. doſ. in *aq. puleg. vino malvat.* additâ ♁ *nativa,* quæ dolorem partûs egregiè levat.

E præparatis *Nitri*, quoad *Uſum* Medicum ſit

I. NITRUM DEPURATUM, quod optimum habetur alcalibus fixis acidum corroſivum nimis infringentibus & depurantibus; infunditur ſcilicet ⏀ *lixivio* fortiſſimo ex ⊖*le* ♀*ri* vel *cineribus clavellatis* præparato, unde poſt levem humiditatis abſtractionem *cryſtalli* ⏀*tri* habentur puriſſimi. Atque hoc meritò præferimus cum *Ludovico Lapidi prunellæ* ita dicto ex ⏀tro cum ♀re vel cariùs cum floribus ♀ris ſemi alcaliſato provenienti, ceu quod inde inflammata & excoriata ſæpe magis exaſperat. Et hoc ⊖ *depuratum* egregium eſt in *Febribus peſtilentialibus* à partibus o-o-libus ortis quæ domat haud aliter ac o-oum aliàs ⏀tro dulcificatur: hinc & *Celeberr. D. Sim. Pauli Digreſſ. de Febr. malign. p. m. 43. Sal paradyſi* dicitur, qui & aliquem ex 🜍 nimio uſu, ita ut ei quaſi viva flamma ex faucibus exarſiſſet, ſeq. à deſcenſu averni revocavit: ℞. ⏀ *ppt.* ʒ. ij. *ſantal. rubr.* ʒiß. *Ms. f. pulv.* pro 4. doſ. ſimul etiam *diureticum* eſt ac alvum apertam

tam

tam retinet & laxat, quâ de cauſâ ubi *diarrhœa* præſentes aut *alvi fluxus* ejus uſus omittendus.

II. NITRUM FIXUM prout ingrediens eſt laudatiſſimæ *Confectionis ſplenetica* ſeu *Conſervæ ſpecificæ ab Helmontio* & præſertim *P Emerico à Sthal* inſigni haud pridem in Helvetia Chymico inventæ & diu in ſecretis habitæ, & ejus ſecretum totum ferè continet, ita ab ipſis parabatur: ℞. 🜕 *purificatiſſimi* ℔.ij. *Corallior. Perlar ana* ℥. ß. Contundantur groſſo modo & indantur cucurbitæ, ut 🜕 fluat, obſervato ignis gradu, tamdiu ſinatur tota materia in fluxu ſtare, quod intra 5. horas ſit, usque dum materia rubeſcat inſtar ☉ri aut rubini, huic 🜕tro poſtea inſperge pulverem carbonum tam diu, donec carbo illæſus in ipſo 🜕tro ſoluto natet, & amplius non accendatur, adhibito poſtmodum ſummo △nis gradu materia eximatur, ac in mortarium æneum infundatur, & ſic habebis 🜕 *fixum*, quod nullo modo amplius ignem concipiet: hoc facto: ℞. hujus *Nitri prius pulveriſati q. v.* ac cucurbitæ indito, cui ſenſim inſtilla 🜩um *Nitri rectificatiſſimi* usque dum nitrum nullum amplius ſtrepitum ac fermentationem concipit, tum impoſito alembico liquorem abſtrahe, & in fundo invenies ſal miræ virtutis, quod *nitrum rectificatum* vocari poteſt, quandoquidem hoc nitrum ab alio nitro alienum, flammam tamen concipit inſtar veri nitri Quia verò diverſæ *Confectionis* prædictæ habentur Deſcriptiones, meam ab Auctore ipſo provenientem, hîc addere lubet: ℞. *ſal abſynth.* ℥ij. *meliſſ. urtic. ana* ℥.j. 🜿tri ⊕*lat.* ℥.ß. probè hi ſales depurentur & cryſtalliſentur, quos poſtmodum ſeorſim pulveriſa, & pulveriſatos commixtóſque cucurbitæ vitreæ indito, quibus guttatim inſtilla *Olei* 🜍*ris per campan. facti & rectificati* ʒ. ij. à quo fermentationem hi ſales concipient, proinde cucurbita, impoſito alembico, in cineribus calidis per 3. aut 4. dies eſt ſervanda uſque dum omnino deferbuerint, poſtea ℞. *Ol.* 🝫*l. citri, aniſi ana* ʒ. j. *fœniculi, menthæ* 🝫*l. ana* ʒ. ß *Ol.* 🝫*l. cinamom. gut.* xxx. *Ambræ griſ.* cum 🜩*u roſar.* ſolut. *gut.* xx Miſce hæc olea, & poſtmodum extractis è cucurbita ⊖bus ea in lapide marmoreo ſenſim addito, ita ut mediante agitatione ſupra lapidem facto Olea probè cum ⊖bus incorporentur, quo facto hiſce poſtea in mortario marmoreo adde *Conſerv. roſar. rubr. flor. tunic. ana* ℔. j. *pulv. cinamom.* ʒ. ij. *Macis, Caryophyll. ZZ. ana* ʒ. j. atque rurſus hæc omnia indantur Cucurbitæ vitreæ, quibus ultimò addes *nitri prædicto modo parati* ℥. ij. ceu quod, ut dictum, totum ſecretum continet ad virtutem præſtantiſſimi hujus medicamenti. Simile nitrum fixum dulcificatum ingrediens eſt *Specifici Burrhiani ad febres*, cujus compoſitio hæc eſt: ℞. *Sal. limon.* ʒ. j. *Santal. rubr. inſpiſſat.* ℈. ß. *Flor.* 🜍 ℈. j. 🜕 *dulcific.* ℈. ß. Detur cum *rob. berberum.* Nota. Nitrum dulcificatum primò ∨um redditur cum carbonibus & poſtea in 🜄 ſolvitur & ⊏ſtalliſatur, & dicitur

dicitur ⊖ ⦶*tri duplicatum.* ⊖ verò *Limonum* fit hoc modo, ſume *Succ. Limon. q. ſ.* abſtrahe ad dimidium & remitte ut refrigeretur & in fundo reperies ⊟ſtallos. Certum eſt remedium in febribus, in quibus & ⦶*trum* ♄*ſatum* ex ⊖ †*ni* & *nitro* in *aq. roſar. rub. idæi* ſolutis & in alembico ad ſiccitatem abſtractis paratum, ut *nitrum perlatum ex magiſt. perlar.* (ad modum magiſt. corallorum ſupra dictum) magnopere ad ſitim inextinguibilem & furioſum æſtum conducit: nitrum verò perlatum cum ſaccharo oleis ſpecificis antinephriticis optimè admiſcetur, v. g. ℞. *Nitri cum unionibus non perforatis hermet. marit.* ℥. ß. *Ol. ſem. nephrit. Helmontij*, id eſt, *Dauci gut.* iij. *Ol. linguæ avis* vel *fraxini* (de quo *Glauber. Pharmac. Spagyr. Part. I. p. m.* 23.) *gut.* v. *Sal indic. non* ⊟*ſtalliſ.* ℥. j. *MS.* f. *Pulvis.*

III. ⦶trum ⦵latum, ſeu *Arcanum duplicatum* inſigne quoque eſt remedium, eſtque, ut *Ludovicus* ait, nil aliud quàm nitrum fixum ⦵li cujus metallica ſubſtantia à nitro præcipitatur, acetoſis particulis ſufficienter ſaturatum, ita ut unà de ♀re ∇o, ceu monſtrat blanda ejus virtus hypnotica, quid extrahat. Paratur id dupliciter, nimirum aut è ⨀∇tis probè exuſto, ne extractum ⦵leſcat, hinc cum liquore nitri fixi ex ♁torum elutriatione commodè habendo, vel liquore ſalis ♀ri ſolvendo (quo pacto ſi quid ⦵lici ſubeſt ⚍tur) pòſt filtrando & coagulando: aut paratur è ⦵li diſſolutione ſimplici cum liquoribus modo dictis nitri fixi aut ſalis ♀ri cum nitro præparati, donec ⦵lica ſubſtantia ſeparata fuerit, unde quod filtratum eſt coagulatur, aut *ſecundùm Junckenium*, ſumuntur *nitri opt. p* iij. ⦵*li, p.* j. quæ funduntur in tigillo, adjecto paulatim flor. ♀ parùm ad depurationem, unde maſſa ſolvitur, filtratur, coagulatur in ſal nitidum, etiam *ſal antifebrile Moebij* dictum, cujus *Doſis* à ℈. j. ad ʒ. ß. *Uſus* ejus egregius in diureſi cienda, ſero expurgando, viſcidóque reſolvendo, hinc *antifebrile* certiſſimum cum ♁ *diaphor. Ocul.* ♋ & *ſalibus vegetabil.* ante & poſt paroxyſmum, ſpiritum impetus p. n. ſiſtit, unde cum *Camphor.* in Maniâ utile. Quòd ſi verò ſumantur ⦵*li p.* iij. *nitri* ſaltem *p.* j. & funduntur modo dicto, ſolvuntur & coagulantur, habebitur *Sal emeto diaphoreticum* modo laudati *Mœbij* à *gr.* v. ad x. in juſculo exhibendum, & teſtimonio *Hoffmanni in Præfat. Meth. Med.* nulli æquiparandum medicamento. Hîc verò & minimè reticendum *Arcanum nephriticum* ſequens: ℞. *Nitri puri*, ♒*ûs* ⦵*li ana* ℔. ß. ſolve & abſtrahe ♓ ⊟ſtallos nitriformes collige poſtea, quibus ſiccatis, ℞. ⊟*ſtallor. horum, ſal. abſynth. ana* ℥. ij. ♒ ♀*ris* vel ⦵*li q. ſ.* ad pulmenti formam cui adde *Ol. aniſ. ſuccin. ana* ʒ. j. *Sacchar. cand. albiſſ.* ℥. iiij. *MS.* f. *Pulv. albiſſ.* Confer ſupra ⦶ ∇*um.*

IV. Spiritus Nitri Communis, miſſâ ∴â, bolo aliiſque, modo Ludovicano commodè cum ◯ *crudi duplo* præterpropter deſtillatur, ab ∇ (quæ aliàs ex nitro *p.* j. ⦵*li p.* ij. miſtis ♌tur per ♉, ſicut ∇ ex

S nitro

Digitized by Google

nitro *p.* ij. ſalis ✕ ci *p.*) j. parum in effectu differens, etiam ſi hæc cum ⊕lo, ceu de quo nil vel parum metallici prodit, commiſceatur & ♌tur: dulcis verò fit, ſi ei partes æquales 🜈 rectificati admiſceantur, digerantúrque tepido calore in vaſe optimè clauſo per 8. dies tum deſtillantur ex arenâ per ♉tam (ſic namque unio felicius promovetur) & egredietur -∩-us odore violaceo, ſaporéque ſubdulci grato. *Vires -∩-ûs nitri dulcis* egregiæ ſunt in bile acri attemperanda, viſcidóq; reſolvendo, ac flatibus pellendis; hinc cum eo fit *-∩-us carminativus D. Vaters*: ℞. *-∩- nitri dulc. opt.* ℔. j. -∩- ✕ *ci* ⊏*oſ.* ℥. vj. Digere & ♌la: Si pro calculo, in quo egregius eſt, adde *Ol. petroſelin.* ſi pro flatibus *Ol. juniper. aut Carui* ℥. ß, aliàs ex nitro quoque fit *Nephriticum D. Iſraëlis* Prof. Heidelberg. ℞. *Nitri*, ♀, *Carbon. quercin. ana* Calcina in ✢to, cochleatim injiciendo, calcinentur, exponantur aëri, appoſito vaſe in quod fluat, Oleum illud per deliq. optimè medetur *calculo gut.* j. In *arthritide* etiam utile eſt ad *gut.* j. in qua *extus* ex ▽Fti, quam parùm à -∩-u nitri differre modo diximus. *Aquam antipodagricam Excell. D. D. Langelot* præpavit, quæ hæc eſt: ℞. *Aq. ſimpl.* ▽F quâ uſi ſunt aurifabri & poſt uſum abjiciunt ℔. iij. ▽F *viv.* ℥. ij. *Flor. chamomill. melilot. ana m.* ij. Bulliant parùm in ▽ ſimpl. Colat. affund. *decoct. myrtillor. q. ſ.* pro coloratione & dum coloratur pedetentim ▽F acquirit colorem cereviſiæ ſimilem, ſi deficiat ſuccus myrtilli, ſume *Braſilium cæruleum*; & erit ejuſdem efficaciæ, adplica dein debito modo. Aliter ℞. ▽ *ſimpl.* ▽F *mort. ana* ℔. iij. ☿ ʒ. ij. ▽F *viv.* ℥. ij. *ſucci myrtill. q. ſ.* Bulliant parùm in *aq. comm.* poſtea procede ut prius. *Uſus.* Intinge in aquam pannum duplicatum, & pone frigidum ſupra juncturas, in manibus, pedibus & genubus, ſed non in humero, cervice vel coxis & hoc facito in augmento & principio morbi.

barbæ caneſcentes hinc inde nigros ſpargi & intermiſceri obſervârit & pectus quodante læve & glabrum fuit, poſtannum primò ſexageſimum lanugine obduci & piloſum fieri, de quo *cit. loco* pluribus conſuli poteſt, inprimis verò *Clariſs. Thilo Diſſert. peculiari*, de hoc *Driff Helmontii*, in cujus §. 7. operationem hujus Lapidis fieri judicat ex ſubtili ejus terrâ in partes nervoſas -ν-tatâ, quas & ſimul in iis contentum ætherem vitalem premit & juxta Archæi ſui ideas figuratâ illa terreâ determinatâ, indeterminabili tamen ratione Archæum noſtrum, ita ſpecificat, ut robore accepto inſtar ſabuli bullientis, omne hoſtile propellat, & ⊖bus ſimul ſuum agentibus, à multis graviſſimis morbis ſe ſe immunem præſtet.

II. GILLA ex VITRIOLO PARACELSI vel CROLLII: ℞. *Vitrioli ♂tis coloris ſubviridis q. v.* illud in 🝣ſtallos pellucidos concretum reſolve in 🜊te ♉do, quod primò egreditur in ♌ne vitrioli vulgaris; ſolutum per octiduum circulando digere & poſt de hoc *circulato* dato à ℈. ß. ad ʒj. ß. ℈. ij. vel ʒ. i. *Uſus* haud contemnendus iſque certus in expurgandis è Ventriculo Inteſtinis, præcordiis, pulmonibus, nec non capite noxiis ſuperfluitatibus, unde ſuboriri ſolent anguſtiæ præcordiorum, ventriculi aggravationes & aliæ læſiones, quibus febres, lumbrici, catarrhoſæ defluxiones & articulorum vitia oriuntur, imò ſi in Catharrhis ſuffocativis cum hauſtu vini mox exhibeatur, copia craſſæ lentæ & viſcoſæ materiæ reijcitur, liberabitúrque à ſuffocationis periculo imminente æger, uti non ſemel id viſum eſt. Vid. *Hartmann. in Baſil. Chym. Croll. p. 23. 24.*

III. ESSENTIA VITRIOLI ANODYNA ſeu *Arcanum narcotico-anodynum*: ℞. *Vitrioli pulveriſ.* & ad albed. lento calore calcinat. ℔. ß. affunde 🜅 rectificat. ℥. xxx. pone in fimo equino per menſem, decant. in M.B. ad liquoris flavi remanentiam, oleum deſtillato ſimile prolectum ſerva; longè melius habetur à quibusdam Laudano opiato, ac etiam juxta laudes *Ludovici*, in quibusdam haud ſpernendum: *Doſis gut.* xij. in liquore conveniente. Ab hoc haud adeo abludit *Arcanum vitrioli Tilingii*, ex quo teſtatur ſe ſucceſſum habere qualem cupiat, confortet enim, deoppilet & in quibuſcunque morbis etiam periculoſiſſimis infinitarum ſit facultatum, doſi gr. j. ſaltem aſſumpta: ℞. *Vitrioli Roman.* aut *Hungar.* ℔. xii. diſſolve illud in ▽a vulgari deſtillata, poſtea pone in cineribus calidis, ut ▽a evaporet, donec cruſtam aliquam accipiat, tunc colloca in loco frigido ad duos vel tres dies, & Vitriolum, ſepoſitis nonnullis fecibus, lapilleſcet. Accipe hoc Vitriolum, & pone in concha vitrea in hypocauſto calido, ita tamen ut concha ſit recta, & videbis vitriolum abire in pulverem primò album, deinde flavum Tunc iterum in ▽a communi deſtillata diſſolve, & permitte ſtare in cineribus calidis viginti quatuor horis, atque plurimas feces in vaſis fundo invenies; decanta quod purum eſt, coagula, ſepone in concha, atque iterum diſſolve

T tam

Digitized by Google

diu, donec nullas amplius feces deponat, & ad dulcedinem vergat. Albo autem calculo notabis, ejus viriditatem probè probéque eſſe conſervandam, aliàs enim oleum & opera perderetur. Poſtea pone illud Vitriolum purificatum in phiala, quam hermetico ſigillo bene occludes, & in furno philoſophico pones; ubi ignem de decem diebus ad decem dies gradatim augebis, ut Vitriolum ad rubedinem appropinquet, donec tandem inſtar rubini rubeus ſit. Rubeum hoc Vitriolum exime, & pone in cucurbita vitrea: affunde 🜈 correcti & puri bonam quantitatem, & 4. aut 5. diebus benè clauſum in calore leni aſſerva. Poſtea ∿um decanta, & alium recentem affunde, quouſque omnem vim & efficaciam ex Vitriolo hoc extraxiſti. Extractiones haſce pone in cucurbita, & in balneo maris ∿um ſepara; affunde ∿um iterum, & ſepara ad tertiam vicem, ſemper remotis fecibus. Demùm ▽m pluviam deſtillatam extracto affunde, lava & quatuor aut quinque dies in cineribus colloca, ut, quantum poteſt, extrahat. Quod ſolutum eſt, decanta, & aliam ▽m deſtillatam appone, totidémque diebus in cineribus calidis aſſerva, idque tribus vicibus reitera. Extractiones haſce confunde, & in balneo maris ▽m ſepara. Poſtea accipe hoc noſtrum extractum, pone in cucurbita mediocri, appoſitis & allutatis alembico & recipiente, atque deſtilla primò △ne lento, deindè auctiore, & aſcendet ſanguis leonis viridis, inſtar rubini rubeus, qui nocte intempeſtiva & tenebroſa inſtar carbunculi lucet, cujuſque odor omnia alia odorifera antecellit.

IV. ∿us VITRIOLI ♉DUS COMMUNIS ex vitriolo ad rubedinem calcinato, ad ſuperfluam humiditatem diſſipandam, fieri conſuevit, immittendo 🝪 opt. loricatæ, △ne primitùs leni, dein verò auctiori ac tandem fortiſſimo, cujus *Uſus Minderero* adeo placuit, ut liberè pronunciarit ſe, interdicto ejuſmodi vitriolati medicamenti uſu, ad peſtis curationem nunquam, vel ſaltem inermem acceſſurum, prout hinc nobilitat *Mixturam ſimplicem Dan. Ludovici*, ut liquorem antipeſtilentialem egregium: ℞. 𝕋 *bezoard.* (paratæ nimirum taliter, ℞. *Rad. angel. helen. carlin. fraxinell. ana* ℥. j. *Myrrh.* ʒ. vj. *Croci* ʒ. ij. *Caſtor. Eſſ. opii Langell. ana* ʒ. ß. 🜈 *rectific.* ℥. xl. Stent in infuſo in loco calido per aliquot dies, poſtea filtrentur) ℥. x. ∿*us vitrioli*, ℥. ij. ♀*ri* ℥. viij. *Eſſ. camphor.* ℥. ß. *MS.* egregiè enim ⊖ Λle acre colliquans enervat. Placet & *Ros Vitrioli* juxta *Angel. Salam Anat. Vitrioli Tr. I. Cap. I. p. m.* 264. per balneum Mariæ prolectus, adverſus ardentes capitis dolores ab ipſo commendatus ut & cerebrum ſuperfluo calore & ſiccitate debilitatum confirmandum, ad cujus aliàs affectus ∿*us vitrioli* Λ*lis cephalicus* ab *Heurnio Obſerv. XVIII. p.* 32. 33. multùm etiam laudatus, hîc ſiſtitur: ℞. *Vitrioli Cyprii* ℔. ¼. *Cranii humani Ungul. alcis ana* ℥. j. *Viſci quern. corylin. ſem. pæon.* vel etiam aliquid de *ſuccin. Apicib. C. C. ana* ℥. ß. 🜈 *rectificat.* circiter

*Menſ.*

Digitized by Google

*Menſ* j. digere in cucurbita per dies 2. vel 3. hinc 🝫letur & pro lubitu cohobetur, unde prodit 🜐*us* △*lis penetrantiſſimus* cujus *Doſis* in omnibus *affectibus capitis* ad *gut.* xx. xxx. in *aq. lilior. convall.* Sic & *D. Ludovicus Mixturam vitrioli* ♀*ſatam* laudat è proportionaliter confuſ. 🜐*u vitrioli* & 🜐*u* ♀*ri*, vel ♀*ri* & *vitriolj* crudorum 🝫tione ſimultaneâ.

IV. 🜐us 🜖LI △LIS cum ejus 🜍re narcotico ſufficienti laudum præconio deſcribi vix poteſt, quàm excellentes enim dotes is obtineat, norunt illi qui effectus ejus mirandos experientiâ compertum habent, unde fidem merentur *Glauberi* candida verba quibus *Furn. Philos. P. II. p. m.* 8. hæcce deſcribit hîc afferri maximè digna: 🜖lum, ait, antequam 🝫letur, *nullâ aliâ indiget præparatione, quàm manuali ſeparatione à ſuis impuritatibus*, ſive rebus heterogeneis ne ſpiritus inde inter deſtillandum inquinetur. *Si verò velis, poteris ipſum ſemel diſſolvere in* ▽ *purâ, ſolutum filtrare, iterúmque poſteà* ▽*æ evaporatione redigere in* 🜖*, ut certus ſis purificationis ejus. Poſteà inſtrumento calefacto, injice* ℥j. *vel alteram cum cochleari ferreo*, quo injecto repone iterum operculum, & inſtar nebulæ albæ unà cum +)te egredientur 🜐us in recipientem; quibus evaneſcentibus & condenſatis, plus injice 🜖li, atque hoc tamdiu continua, donec vas tuum repletum ſit; tunc enim operculum auferendum, & cum cochleari ferreo ⊙ eximendum, quo ablato, plus injice vitrioli, atque id tamdiu repete, quamdiu volueris, vel donec ſufficientem nactus ſis copiam 🜐um. Tandem omnibus refrigeratis aufer recipientem, liquorémque effunde in 🝭, quam colloca in ∴ ex leniſſimo △is calore 🜐uum △em ſepara ab oleo gravi: oportet autem vas recipiens 🜐um illum volatilem, optimo luto retortæ unitum eſſe, quale docet *Glaub.* in 5. parte. 🜐tu △li omni egreſſo, quod percipere licet è guttulis majoribus, aufer recipientem cerâ obturandum, aliúmque repone (ſed abſque luto) ad +) ſeorſim capiendum, & remanebit in retorta oleum grave, nigrum & corroſivum, quod ſi vis, rectificationis gratia, poteris fortiori igne elicere: Et ſi non, fac ut omnia refrigeſcant, quo facto exime retortam, & affunde oleo 🜐um prædictum △lem, quam colloca in ∴ △émque adminiſtra moderatiſſimum, & unicè egredietur 🜐 ille △lis, relicto omni phlegmate cum oleo, attrahente illud ratione ſiccitatis ſuæ. Hac igitur ratione 🜐us ille omni privatur +)te, & planè *igneus redditur, ſed non corroſivus*. Qui ſi non rectificatur ab oleo proprio, non diu perſeverat in bonitate ſua, quia temporis progreſſu, pulveris rubri ⩧tatione, privatur ſuis viribus, & aquæ ſimilis redditur; quod ſi rectificat, fieri nequit. Cauſa autem hujus præcipitationis eſt debilitas 🜐us, à nimia copia aquoſitatis cauſata, qua fit ut 🜍ur ſuum retinere nequeat; quod tamen facile retinet rectificatus à proprio ſuo oleo. Pulvis autem ille ruber non ſpernendus, ſed conſervan-

 dus

dus diligenter, quia non minoris pretii quàm ſpiritus: eſtque nihil niſi ſulphur volatile vitrioli virium mirandarum, *gr.* 1. 2. 3. 4. *vel plurium pondere datum, habitâ nimirum ratione ægrotantis*: *Mitigat dolores, dulcem provocat ſomnum, non inſtar opii, hyoſcyami, aliorúmque ſoporiferorum, ſcil. non periculoſum, ſed tutum & ſuavem*: *Cujus beneficio graviſſimi curantur morbi, cui Paracelſus multum attribuit, ubi ſcripſit de ſulphure embrionato.* Ille verò -∿-us vitrioli ſulphureus △lis proprietate præditus ſubtiliandi & penetrandi; aliquot enim guttularum pondere adminiſtratus ſudoris gratiâ, permeat univerſum corpus, aperit obſtructiones, & inſtar ignis omnes vitioſos humores conſumit: Eſtque egregia medela in *Epilepſiâ, Maniâ, ſuffocatione matricis, ſcorbuto, melancholiâ hypochondriacâ*, aliiſque morbis ab obſtructione & putredine ſanguinis ortis; prodeſt quoque in *peſte*, cunctiſque *febribus*, mixtus cum 🜈 pro quotidiano uſu, mirabilia præſtat in *extrinſecis accidentibus.* Item in *apoplexiâ, contracturâ, aliiſque nervorum affectibus*, parti affectæ affrictus; penetrat ad oſſium medullam; calefacit & recreat nervos duros: in *colica* ſi præter intrinſecam adminiſtrationem, in *clyſtere* applicatur, è veſtigio juvat. Loco *podagrico* illitus, mitigat dolores, *tollit tumores & inflammationes*, & præ cæteris *ſcabiem* curat, *impetigines, ſerpigines*, &c. curat *recentia vulnera & antiqua, cancrum, lupum* &c exſtinguit *ambuſtiones, inflammationes, gangrænam*, & conſumit *nodos cutaneos.* In ſumma hic ſpiritus à veteribus *ſulphur Philoſophorum* vocatus, univerſaliter operatur in cunctis morbis, cujus *vires* laudari ſatis nequeunt; quare mirum, quod hodiè tàm rarò reperiatur. Aquæ *fontanæ* mixtus gratam illi conciliat aciditatem, ita ut referat *acidulas.* Curantur etiam domi per hunc ſpiritum alii morbi, qui aliàs *thermarum* uſu curantur. Alii ut -∿-um vitrioli △lem adipiſcantur, irrorant vitriolum depuratum levitérque calcinatum 🜈 *rectificatiſſimo*, humiditatem ſuperfluam per exiccationem ad calorem leniſſimum ſemper avocando, poſtea ʃ\lant ex ∴ & prodit -∿-us penetrantiſſimus propè cuſtodiendus, reliquum △ne aperto ʃ\tur & rectificatur cujus p. j. cum p. iiij. prioris liqnoris digeſta & ʃ\ta magnarum virium eſt in cerebri & uteri morbis.

V. -∿-us ⊕li COAGULATUS, qui portatilis eſt, tutus nec injucundus: ℞. *-∿-us vitrioli P.* j. ⦶ *crud. P.* ß. *f.* abſtractio; vel affunditur *-∿-us vitrioli* 🜃*a ſigillata*, quæ in loco frigido repoſita coagulantur, in calido verò rurſus ſolvuntur, uſûs ſic egregii *ſec. Michaelem* in Dyſenteria, febribus malignis cum alvo profluvio & vomitu conjunctis.

VI. OLEUM ⊕LI RUBRUM ejuſdem *Glauberi* ut heroicum elegantiſſimúmque medicamentum hîc proponere lubet: ℞. ⊕*li Hungar.* vel *opt.* alter. q v. ſolv. in ▽ comm. filtretur per chartam emporeticam, poſtea -∿-um ⊖is )(ci tantiſper affunde, dum omnis viriditas evanuerit, & ▽a clara

clara & limpida facta, præcipitato ♀re flavo ad fundum: quo facto ▽m claram decanta, turbidam verò filtra per chartam bibulam, retinentem ▽am vitrioli, tranſmiſſa ▽a, quam ſiccare & deſtillare oportet, & dabit *oleum ſanguinis inſtar rubrum* efficaciſſimum, cunctas *obſtructiones* deoppilans & radicitus curans *epilepſiam*. Clara verò ad ſiccitatem evaporata dat ſalem, (NB.) è quo per deſtillationem elicitur ♌us mirabilis (NB.) quo *Stillerus* ex vegetabili oleum rubrum facilè elicit, item è ♀ro crudo, ☿io oleum aureum &c. Sal verò antequam deſtillatur, eſt purgans quoddam ſpecificum; quod tutiſſime uſurpatur in cunctis morbis à gr. 3. 10. 12. uſque ad 24. Quò non pigebit adducere aurea *Baſilii Valentini* verba, ſecretum maximum in Alchymicis continentia: *Quamvis in principio forma corporea atq; ens corporale, viſibile & tangibile aſſumatur, tamen ex illo formali corpore elici debet ♌alis & cœleſtis quædam entitas, dicam, an apparentia, quæ entitas antea per aſtra illi corpori infuſa & per elementa perfecta & concocta fuit, hæc autem ♌alis entitas iterum per △em minorem & regimen ac directionem microcoſmi iterum ad tangibilem, ▽am, ſolidam & inconſumptibilem materiam reducenda eſt.*

VII. ♀ NARCOTICUM VITRIOLI ſeu *Balſamus vitrioli Sylvii*: ℞. *Ol. vitrioli veri ſeorſim* ♌ti ℥. ß. In vitro oblongo affund. ♌*us terebinthin.* ℥. iij. movendo fortiter tam diu, donec omne ♀ olei vitrioli à ♌u terebinthinæ fuerit ſolutum, finitóque calore ℞ *ſanguineam*, id eſt, *Balſamum* ſeu ♀ *vitrioli narcoticum* exhibuerit, huic ut evadat craſſum, ♌*us*que *terebinth.* ſeparetur, affunde ▽*am pluv.* cum qua coqui debet per dimidiam horam aut q. ſ. ſic ex parte exhalabit cum ▽a ♌*us terebinthinæ*, ex parte verò ▽æ innatabit; ♀ verò picis inſtar fundum petet, à quo liquor eſt decantandus. ♀ relictum ſolvatur ▽ *rectif.* ut fiat ℞ ♀ris vitrioli, quæ à fecibus decantatur & evaporatur ad conſiſtentiam Pilularum, relinquitur ♀ vitrioli puriſſimum ab Extr. opii parùm differens. *Vires* ejus hinc itidem ſoporem inducere, dolores lenire, maximè ſecundùm *Celeberr. Sylvium Prax. Med. Lib. II. Cap. 26. §. 31. p. m. 461.* vim pacativam in bilem efferveſcentem, vel furorem Archæi *ſecundùm Helmontium* extendere, hinc laudato *Sylvio* nunquam ſatis laudatum remedium audit ob vires ejus ſtupendas, quas, ut expertus loquitur, non adeo ſatis quis mente aſſequi valet, tantum abeſt, ut quis ore deprædicare ſatis queat, Podagricorum hinc inſigne ſolatium. *Excellentiſſ. Bohnius* aliam ejuſmodi extractionem inſtituit modo ſequenti in *Colleg. Chymic. Manuſcript.* quam ut elegantem hîc apponere lubet: ℞. ♀ *vitrioli dulc.* ℔. ß. ⊖ ♀*ri puriſſ.* ℥. iv, quæ mixta in ♉ committantur △ni reverberii, quo pedetentim aucto, ♌tio perficiatur & prodit guttatim *Ol. rubicundum* atque tunc △ augendus, imò ſuppreſſionis per 4. vel 5. horas miniſtrandus, huic guttatim dein inſtilletur ⁂ ſic ♀tur ♀ vitrioli in

pulverem rubicundum, è quo edulcorato & exiccato cum 🜈 *rectificato* inter veniente digeſtione ℥. ſeptimanarum, ℞ extrahitur, quæ ſub forma 🜈 ſupernatat, per tritorium ſeparanda.

VIII. 🜠 VITRIOLI è feliciſſimo Chirurgo *Felice Wurtzio Chirurg. p. m.* 625. ita paratur: ℞. *Vitrioli q. ſ.* indatur ollæ △e reverberii calcinetur ad rubedinem, maſſam contunde & affunde ▽am font. ſtent per noctem, decantetur, & reaffundatur nova ▽, quæ ſi clara evadet, denuo per inclinationem effundatur, hocque repetatur toties, quoties in ▽ nulla amplius acredo animadvertatur; ſiccetur maſſa & habebitur 🜠 *purpurea*, majorum virium in chirurgicis quam Bolus vel 🜠 ſigillatâ, Hinc compoſuit *Dan. Ludovicus Emplaſtrum* cum *Ol. hyperic. Cera Terebinth.* pro conſolidante in *abſceſſu teſtium*: præprimis verò laudem ſummam & inde meretur celebratiſſimum *Unguentum fuſcum Fel. Wurtzii* in ejus Chirurgiâ deſcriptum, ſynoviam dictam egregiè compeſcens aliáque articulorum vulnera ſanans, ab Helmontio quoque magni ipſo æſtimatum.

IX. COLCOTHAR ſeu ⨀ vitrioli, ut reſiduum à 🝪tione ♌ûs vitrioli, crocus ♂tis eſt adſtringens, acido omni & 🜍re ſpoliatus, ab omni ſalſedine edulcorandus, Virium hinc earundem, quarum crocus ♂ adſtringens, de quo *ſupra Sect. II. C. IV.* §. 8. Quod ſi hoc ⨀ cum 🜔le ✱co in flores ♎tur & extractio 🜈 inſtituatur, habetur ℞ a elegantiſſima quâ tamen frequentior illa eſt ſupra jam quoque allata, TRa nimirum 🜍ris *vitrioli Michaelis*, quæ ex hoc colcothare optimè edulcorato, ne cum *Ettmyllero*, ut dictum, vomitum quis timeat, cum ♌*u ex* 🜔*les comm.* & ⏀ *ana* elato, elicitur, quo menſtruo ad mellis conſiſtentiam abſtracto, reſiduum cum 🜈 *rectificatiſſ.* digeritur ad liquoris ſaturationem, qui tinctus filtratur filtratique pars quædam ad debitam conſiſtentiam denuò abſtrahitur.

X. ♌us VITRIOLI HERMAPHRODITICUS ex vitriolo hermaphroditico id eſt vitriolo vulgari cui minera ♀ & ♂tis (vid. *Hoffm. Clav. p.* 227.) combinantur ut communis parari ſolet, qui tamen ob vitriolum commune jam de ♂te & ♀ participante, ut ſupra dictum eſt, parum à communi differt, laudatur multùm in affectibus ſpleneticis & uterinis, ceu ab *Hartmanno* ad *Elixir. uterinum Crollii* inde adhibitus.

CAPUT

Digitized by Google

## CAPUT VI.

### *De Alumine.*

ALUMEN Græcis *στυπτηρία* ob vim adſtringendi ſummam magnam hinc jam cum Vitriolo cognationem fovet, præſertim quia ex eadem quoque venâ ex qua hoc eruitur, prout ex eodem ſubinde pyrite calcinato, ex quo vitriolum elicitum erat, ◯ habeturdum loco partium metallicarum acidum præſens aggreditur & rodit partes materiæ petroſæ 🜃ſtriores & cum iis ſe in ◯ſam pellucidam ſubſtantiam conjungit, ceu per artem aliàs ſi ∿ 🜖 per campanam admiſceatur 🜃æ ſigillatæ, mox concretum aluminoſum emergit; ut ita nullum dubium ſit, quin adſint in ◯ne eædem particulæ acidæ quales in vitriolo, præterquam quòd loco partium metallicarum illæ agant in partes 🜃ſtres cretaceas vel petroſas, illáſque rodant & diſſolvant; quo tamen fit, ut multò minus materiæ ſubtilis inſit ◯ni quàm vitriolo, quia particulæ 🜃ſtres cretaceæ citiſſimè diſſolvuntur & extenduntur in materiam quandam unà cum 🜄a communi, & nunquam ex texturæ ſuæ ratione plus acidi ejuſmodi activi admittunt, quàm in poros ſuos admittere valet, unde fit ut reliquum quod adeſt acidi, recipi intra poros ejuſmodi inhabile aufugiat & ◯ ut corpus minus ſpirituoſum relinquat. Prout verò taliter in diſſolutione terræ cretaceæ natura procedit, etiam hinc diverſa *Aluminum naturalium genera* oriuntur, ſic namque *Agricola* ◯nis duas facit ſpecies, *liquidi* & *ſpiſſi* ſeu concreti: Liquidum rurſus eſt vel purum vel impurum, pallidum ſc. ac ſcabrum, qualia tamen teſte *Ettmyllero*, hodie ſunt incognita: *Craſſum* varium itidem eſt, vel enim in laminas ſciſſum eſt, quale tamen potius lapis eſt; haud ſecus ac illud quod pro ◯ne plumoſo venditant, *Amianthus* ſcilicet qui abſque adſtrictione inſipidus eſt, quoque in filo texto Veteres induſia, marſupia in 🜂e invincibilia ad cineres ligni & cadaveris ex more combuſti diſtinguendos, pararunt, teſte *Septalio*, *Boëthio*, *Becchero* & *Sponio* qui Lugduni mihi de hoc aliquid communicavit, optandúmque fovet ut ars ejuſmodi amianthum præparandi ad induſia adhuc hodie planius eſſet cognita: *Artificiales Aluminum ſpecies* ſunt, vel *Rupeum* ſeu *Rocha* ex rupibus aut 🜃a ſui generis excoctum, (nimirum lapis crematur donec aëri expoſitus & pluviâ itentidem irrigatus ultrò fatiſcat & in luti ſpeciem tabeſcat, fit lixivium ex ♆ & cineribus betulæ vel fagi, cui quarta pars lapidis in pulverem reſoluti admiſcetur; uſque ad tertiæ partis conſumtionem excoquitur; liquor effuſus percolatur: frigido loco collocatus alumen præbet, quod ſpecie ⊡ſtalli humori innatat, vid. *Kircherus Mund. ſubterr. Lib. VI. p. 335.*) vel *Scaiolum* ex ſchiſto lapide

claro,

claro & lucido combuſto paratum, vel *Catinum* quod ex herba ſoda & kali, vel *Saccharinum* ex ○ *roch. crudo, albumine ovi* & *aq. roſar.* in metas inſtar ſacchari efformatum, pro *Coſmetico* mulieribus inſerviens.

*Vires Aluminis* quod ſpectat, illæ certè tam internè quàm externè corpori noſtro inſigniter ſunt proficuæ & ſalutares; ex eo enim quod potenter adſtringat, corruget, abſorbeat, deſiccet & mitiget, egregiè humores corporis à ſeceſſu partium & colliquatione cohibere, ut & fibras quibus contexitur roborare, laxáſque nimis firmare valet, ſic namque in *Dyſenteriâ* deſperata à quibuſdam exhibitus globulus ex alumine præparatus, prout alii non verentur ○ in ▽*â pluv.* ſolutum in *Angina* ad gargariſandum propinare, quo influxus inhibeatur & tum medicamentis aliis convenientibus curari poſſit. Sic & in *Noſodochiis Londinenſibus* ex ejus *p.* ij. *Camphor. p.* j. & *Sacchar. cand. p.* iv. cum 🜊 *heminis* ij. maceratis per biduum & filtratis *Lotionem antiſcorbuticam ad gingivas* uſurpant egregiam. *Bartholinus* in *odontalgiâ* maximo cum ſucceſſu ○ uſurpavit, uti & de ſe refert *Verzaſcha in Obſerv. p. m.* 68. ℞. ○ *ignitâ ſcutella fuſi pulveriſ.* ʒ. ij. *Nucis moſch.* ʒ. j. *Mellis q. ſ. MS.* in mortario in formam linimenti: vel ℞. ○ ʒ. iij. *Piper* ʒ. iij. *ſem. hyoſcyam.* ʒ. iiij. *Pyrethr.* ʒ. j. ß. *MS.* f. *Trobiſc.* qui ſuper dentes poſiti ſedant dolorem. Præprimis autem extollenda ○nis vis antifebrilis adſtrictione ſua ſanguinis efferveſcentiam p. n. cohibens, ceu pulvis hic febrem tollere dicitur cum admiratione: ℞. ○ *crud. Nuc. moſch. ana* ʒ. j. *Oliban.* ℈. j. *Piper. nigr. gr.* vij. *Caryophyll. gr.* iij. vel vj. *MS. f. pulv.* ſubtil. *Doſis. à* ʒ. ß ad ʒ. j. in *aq. centaur. min.* & ✠. *ſimpl.* vel *bezoard. ana* ℥. j. ß. ante paroxyſmum: Vel ℞. ○*nis*, ⦶ ♁*iati ana* ʒ. j. *Flor.* ♓*ci* ℈. j. *Nuc. moſch.* ʒ. ß. *MS. f. pulv.* Doſis ſingulis diebus ʒ. ß. Exinde fit *Pulvis adſtringens* laudatiſſimus in omnibus *hæmorrhagiis & abſciſſionibus arteriarum & venarum*; *Hendricus Vielfklom* perſolvebat 150. Imperiales pro hoc ſecreto ſibi ex Dania communicato: ℞. ○ *crud.* ℥. iv. Calcina in mundo vaſe fictili, pulveriſa in tenuem pollinem inſtar farinæ, huic adde ℥. ij. *Vitrioli alb. Rom. ppt. vel calcinat.* & *pulveriſ.* in mortario, miſce cum ○ imitte hos pulveres in vas in quo ſtopa ▽æ dulcis ſit, agita ſæpe materiam circumcirca in ▽, adde dein materiæ ſolutæ ☿ *gr.* vj. ☿ *alb. ppt.* ʒ. j. Imitte in lagenam, & liquore ſi uti velis, move vitrum. *Uſus* ejus inprimis, ſi arteria vel vena ſit abſciſſa, tum affunde 5. vel 6. cochlearia ex hac aqua, fac 6. vel 8. faſcias, impone in ▽am, deinde madidas applica vulneri, tum ſtatim ſanguis ſupprimetur. Sic & ad *Ulcera virulenta* & corroſiva ex ○ne egregia habetur *Aqua* apud *Chirurgien des Pauvres Traitte III. p.* 69. ℞. *Succ. plantag. portulac.* ○ *rochæ ana* ℔. ß. *Album ovor. num.* xij. agitentur baculo, *Ms.* & deſtilla, qualem quoque *Fernelius* in *Gonorrhæa* tuberculo ſtipata pro *Injectione* ſummopere laudat. Nec prætereundus *Lapis Salutis* ſeq. ℞. ○ *Roch. vitrioli Rom. ana.* ℔. j. *ſolv.*

*coq.*

*aeq. lento* △ne & abijce ſpumam , inſperge pulv. ſeq. ℞. *Boli Armen.* ℥ j. ß. *Ceruſſ.* ℥. j. *Camphor.* ʒ. ij. ✠ *acerrim.* ℔. ß. Coq. ad rubedinem, agitando ſemper.

*Praparata* ex *Alumine* ſunt

I. ALUMEN USTUM calcinatione ſimplici habetur ad excreſcentias carnis abſumendas, quo ut tuto contentus fuit *Würtzius*, qui & in *Chirurgiâ ſua p. m.* 594. egregiè in ariduris membrorum ex partium nervoſarum contuſionibus ac læſionibus laudat *Alumen* probè calcinatum, ſolutum in ▽ *comm.* quo pacto ⚗tur pulvis cum *Spiritu vini rectif.* edulcorandus, & pòſt *Unguento appropriato, oleóque laurino* miſcendus, prout & ob vim penetrantem hujus arcani contra *Iſchiadicum morbum* id extollit, maximè ſi prius pars affecta ſolutione illâ lavetur, ac etiam incoctione *verbenæ* & *centaur. min.* balneetur.

II. PHLEGMA ALUMINIS ex ſimplici per ☋, ita ut ſexta ſolùm pars repleta ſit, deſtillatione habetur, cui ſi addatur *Sem. Santonici* (Wellſaamen oder Wurmſaamen) & in B. M. deſtilletur & cohobetur in *caries oſſium* corrigendâ ſecretum habebitur, præſertim ex *lue* ♀*reâ*, intra 9. dies enim exfoliatio contingit; *Uſus* ea eſt *Felix Würtz* uti teſtatur in *MS.* hactenus inedito qui & in *Chirurgia* phlegma vitrioli ad accidentia Vulnerum graviora haud ſatis laudare poteſt. Quod ſi verò ignis fortius urgeatur ♒*us Aluminis* prodit, qui Spiritu vini dulcificatur & ad oris potiſſimum vitia commendatur.

III. DULCEDO ALUMINIS, etiam Manna, primum ens Aluminis dicta, à *Poterio Pharmacop. ſpagyr. C. VII. p.* 126. & *Sachſio* in *Gammarolog. p. m.* 693. ut ſummum antihecticum laudatur, abſtracta ſic omni terrâ adſtrictoriâ & corpuſculis ⊕licis, ſic ut dulcis terra ſolùm remaneat, ad ſanguinem dulcificandum apprimè conveniens: Quia verò tectè à *Poterio* deſcribitur, proceſſum Sachſii hìc adnecto: ℞. ◯ *ſacchar.* ſolv. in aq. pluv. coq. in alembic. donec ſpumam exhibeat, quæ cochleari ligneo ſeparetur, rurſus coque addendo ✠ deſtill. ſpuma cœrulea in ſuperficie auferatur, ſolutio filtretur, & deſpumatum ◯ in vas ligneum ad cryſtalliſandam infundatur, purificatum hoc Alumen ad ℔iß. in recipientem lento △ne ad phlegma ſaltem obtinendum ∫tur, terra alba relicta proprio phlegmate imprægnetur & cohobetur: dehinc, ut ſeparetur ▽ adſtringens per filtrum philoſophicum, ſumatur ☉ ♀ri ex quo omne ⊖ extractum, hoc reverbera in ✠bulo aperto △ne per dimidiam horam ut fiat ▽ poroſa abſque omni ⊖no ſapore, hanc inde filtro chartaceo, rurſus ſupra ▽am aliam pone chartam bibulam, in quam ▽am Aluminoſam proprio phlegmate ſolutam filtra, ſic namque acida terra Aluminis attrahitur ab △neâ ▽reâ filtri & ſaltem dulcis ▽a tranſit filtrum

trum cum phlegmate proprio, quam rurſus coagula, per ♌nem abſtrahendo phlegma, repete ſolutionem hujus cum proprio phlegmate & filtrationem per ▽am ♀ri rurſus elotam & reverberatam tertiâ vice, ſic Alumen deponit per ♒ à phlegmate omnem ▽am adſtrictoriam & cryſtalliſatur primum ens ◯nis in frigore inſtar ſacchari dulce: Quòd in *Hectica* ita combinari poteſt: ℞ *Spec. diatrag. frig. diamarg. frig. ana* ℈.ß *ſacch. Aluminis*, *Diaphor.* ♃ *ana gr.* vj. *Ocul.* ♋ *ppt. gr. IX. Ms pro Doſi.* In *Dyſenteria* taliter; ℞. *C. C. uſt. Nuc. moſch ana* ℈.ß. *ſacchar. Aluminis*, ♄ *ni ana gr.* vj. *ſyr. è nuce moſch. cond.* ʒij. *Conf. alkerm.* ʒ. ß. *Laud. opiat. gr.* j. Ms pro Doſi. *Exterius* quoque in *affectibus colli*, & *ulceribus rebellibus* egregium: ℞. *ſacchar. Aluminis*, ♄ *ni ana* ʒ.j. *Phlegm. Aluminis è ſaccharo abſtracti* ℔.j. *Aq. ſanicul.* ℔.ß. *Ms.*

## CAPUT VII.

### *De Sale Armoniaco:*

SAL ARMONIACUM ſeu AMMONIACUM nomen ſuum deſumpſit vel ab Ammonis oraculo vel ab ἄμμος quòd ſub arenis in laminas concretum in Africæ Cyrenaico tractu olim ac Lybiæ deſertis effodiebatur, unde Jupiter Hammonius, ob templum quod Hercules ipſi conſtruxit, ob monſtratum fontem in maximâ ſiti: Jam verò non aliud dari Sal Ammoniacum niſi artificiale, dum illud ad nos vehi deſiit, communis eſt opinio; verùm & hodie ejusmodi ⊖ ✱ cum nativum adhuc haberi, perſuadet nos *Car. Fracaſſatus Diſſert. de Linguâ Epiſt. anat. ad Malpighium p. m.* 149. referens ex agro Neapolitano à Philoſopho quodam illuc iter faciente nativum hunc ſalem ad Sereniſſ. Magn. Ducis Hetrur. aulam fuiſſe comportatum, ubi ipſo præſente ad experimenti criterium fuerit revocatum, & planè omnibus quæ exigebantur, fecerit ſatis, nam immiſſum in ▽a, cui ♌us ⊕li admixtus erat, edito fumo triſti cunctos afflavit odore, & tam frigidam aquam reddidit, ut manus læderet. *Conf. Regn. Anim. Sect. I. Art. V.* Atque hic ⊖ ✱ cus nativus idem mihi videtur eſſe cum illo, cujus mentionem facit *Ol. Wormius Muſæi Sect. I. Cap. VIII.* quique ex Sulphuratis Puteolani diſtrictûs depromitur, ſimilis alumini ſchiſto & velut in cruſtas compactus, in faucibus hiatuum ubi ignes ſubterranei flammas evomunt, reperiri ſolitus. Verùm quia hoc ubique locorum haud habetur nec etiam ab omnibus approbatur, ad imitationem prioris quod apud Antiquos naturale reperiebatur, è ♌u ♉do ſubterraneo & ⊡i Cameleorum ſimul concretis ortum ſuum ducens, artificiale quoddam Sal Ammoniacum præparari cœptum, nimirum ſumuntur ⊡*æ human.* ſanæ

ſanæ *p.* v. ⊖ *comm. p.* j. *Fuligin. lignor. p.* ß. quæ ſimul coquuntur ad humiditatis conſumptionem; reliquum ſublimatur, rurſum ſolvitur & coagulatur: quo in proceſſu ⊖ △le ⊡æ & fuliginis acido ⊖is communis combinantur, ad eum modum ferè quo naturale ex ⊖le △li ⊡æ camelorum & ſpiritu acido ſubterraneo concreſcit, ut ſic ⊖ X lum fit ſal ſalſum vel enixum, ex acido & ⊖le △li concretum, prout & additione ⊖lium alkalicorum fixorum ⊖ ▽le facilè ſui fit juris, ceu aliàs id præ reliquis maximè fugax eſt & penetrantiſſimum, dum cuſpidibus donatur, quarum apicibus aliæ minutiſſimæ ſuccreſcunt, unde linguam pungit cunctáque pervadit, fixáque quævis △lia reddit, cujus ratione ab Alchymiſtis ⊖☿riale & à Veteribus avolanti Aviculæ Aquilæque cœleſti comparatum eſt, dum inſtar ☿rii volatiliſat particulas omnes & ſummè △lis eſt, quocirca & frequens ejus uſus eſt in metallis ſublimandis & ſolvendis, eorúmque animâ educendâ & ♀re fixo extrahendo, ceu *Baſilius Valentinus* eum inde clavem vocitavit.

*Vires* ⊖ Armoniaci non poſſunt non eſſe egregiæ ob ⊖ △le tum Vegetabile tum Animale quo turget, acido nonnihil ligatum, unde fermenta morborum fixa apprimè domat, humores coagulatos reſolvit, incidit, diſſipat, è corpore eijcit, illud in debitam volatiliſationem & ſpirituaſcentiam redigit, ſic ut in animali, ex quorum ⊡is præprimis natales ſumit, omnia ſint animalia & decenti motu quævis peragantur. Hinc & quoad uſum externum *Tachenius Hippocr. Chym. p. m.* 10. id in *aquâ ſperm. ran.* reſolutum & tepidè applicatum ad *podagræ* cruciatus vehementiſſimos confeſtim tollendos laudat, deprehendiſſeque ſe teſtatur utiliſſimum ad *Renum* intolerabilem *dolorem* in ▽ *ſambuc.* ſolutum, tepidéque in petiis lineis applicatum; *Oculorum* quoque *ungues nubeculáſque* diſcutit in *ſimpl.* ▽â ſolutum & inſtillatum, ſemel aut bis in die: prout & inde fit *Aqua Chirurgorum ophthalmica*: ℞. ⊖ *Armoniaci* ℥. j. ß. adde ✝ ⊡æ *cum* ⊕*lo albo* ʃ\ *l.* ℔iij. ▽ *roſar. euphraſ. chelidon. Cyani ana* ℔. ij. Ψ prius infuſas, poſtea filtratas commiſce prioribus in vaſe ex orichalco, usque dum cœruleus color emergat, hinc filtra & uſui repone. In *Angina* utiliſſimum ſeq. ℞. *Fol. ſemperviv. rec.* ℔iiij. ⊖ *Armoniaci puriſſ.* ℥. j. ß. contuſa in vaſe vitreo reponantur in cellam usque dum ⊖ X cum fluat, hinc ʃ\tur ad ſiccitatem & aqua pro gargariſmo uſurpetur. *Unguentum* contra nodos & molles excreſcentias, *Nattas* dictas ita componitur: ℞. ⊖ *Armoniaci* ℥. j. *Ceruſſ.* ʒ. iij *Camphor.* ʒ. j. *Ol. roſac. q. ſ.* applicatum reſolvit & attenuat materiam, dein imponitur fol. raphani coctum inſtar cataplaſmatis, & pereunt totaliter, conſumuntúrque in ſenſibiliter; ſi verò nattæ eſſent palpebris adnatæ loci ratione non convenit ⊖ X cum, ſed *Oppodeldoch Crollii* ſatisfacit: Sic namque ad *Clavos pedum* expertum eſt ſeq.

 Empl.

Empl. ℞. ⊖ *Armoniaci*, ⏀ *opt. ana* ℥. j. ß. *Gum. Ammoniaci*, *galbani* ♀ *ſol. ana* ℈. v. *Copal. comm. Picis naval. Terebinth. Empl. diachyl. ſimpl. ana* ℥. ij. *Ms. f. Empl.* Sic ad *Ulcera corrodentia, Fiſtulas, Cancros* &c. egregiè valet ſeq. ℞. ⊖ *Armoniaci*, ♆ *ana* pulveriſata ms. & in tigillo fundantur, hinc effuſis adde ⊖ ♀*ri* dimidium, & fluant in cella in liquorem.

*Præparata* è ⊖ *Armoniaco* laudamus ſequentia.

I. ⊖ ARMONIACUM CRYSTALLISATUM modo vulgari quidem ſaltem fit ſolutione in ▽a & evaporatione aliquotâ tenuiſſimi phlegmatis, præſtantiſſimi tamen eſt effectus, dum ſic haud caſtratur, in ſtomachi cruditatibus eliminandis cum vino *abſinth.* item febribus præſertim quartanis cum *ocul.* 69 abigendis ante paroxyſmum.

II. FLORES ⊖ ARMONIACI ex ⊖le Armoniaco ſoluto in ▽ ſimpl. prius vel per ſe, additione ſaltem corporis alcalini ♉dum figentis, vel admixtione alterius corporis vacui v. g. lapidis hæmatitis (de quo infra de Hæmat.) aut etiam ♂tis habentur, qui tamen modus ob ⊕lum ab ♉do inde ſolutum meritò damnatur. Utiles hinc ſequentes: ℞. ⊖ ♓ ci ℥. vij. ⊖ ♀ri (etiam brevi manu ex ⏀tri & ♀ri crudi *ana* detonando ſacti) ℥. vj. pulveriſſ. ms. & ♎ma, adſcendit primo ⊖ △le, quod exime, tum per diem ♌nem continua & evehentur in alembicum flores elegantiſſimi, in boccia etiam durâ & compacta concreſcit materia, quam floribus adde & ſerva pro uſu, *Doſis* à *gr.* iv. viij. ad ℈. ß. cum *Crem.* ♀ ℈j. addito *gr.* j. ♀*ris* ♀ ij in *Quartana* ante & poſt paroxyſmum, & in aliis caſibus ſupra dictis, quo pacto magis alcalici flores evadunt & fermentum febrile fortius adoriuntur, fit enim & ſic ut acidum ⊖lis fiat ſpirituoſius, ceu ♒us ⊖is inde reſuſcitatus longè ſubtilior & penetrantior habetur. Ex floribus his ♓ci cum alcohol Vini Menſtruum ☿rio-♀reo-⊖num △le ad ℞ as magis elaborandas & altius penetrantes loco ſimplicis alcohol vini fieri ſolet modo ſequenti: ℞. *Flor. q. pl.* his affunde alcohol vini ad eminent. 3. digitor. transverſ. ſtent in digeſtione leni per menſem, ſic enim alcohol vini ſenſim imprægnabitur ⊖le △li ⊡ſo, cujus ratione etiam potentius deſcribet menſtruum & generoſius medicamentum.

III. ♒ ♓ *ci* ⊡ſus laudatiſſimum remedium, acutiſſimo Sylvio olim maximè uſuale ſec. ejus deſcriptionem ita fit: ℞. ⊖ ♓ & ♀*ri ana* ℔ ß. *Cont. Ms.* ac ſolv. in ▽ *pluv.* tum ♌la per alemb. ſeu ☊ quam diu ⊖ △le exit, cùm autem ⊖ △le incipit ſolvi in liquore, tum prodit ♃, deſiſte tum à ♌lando & habebis in recipiente ♒ ♓: in ☊ verò relinquitur maſſa ſeu potiùs materia pro ⊖*le febrifugo*. Loco ⊖ ♀ri ſumi poteſt aliud ⊖ potens, ſcilicet ⊖ purum, nam ⊖ comm. ubi ♉dum adhuc adeſt, non poteſt hoc efficere, niſi forſan crebrâ decrepitatione, tum enim ♒ prodibit.

bit. *Vires*. Eſt inſtar ⊖ □, extinguit fermenta ♉da, ſudorem movet, attenuat & diſcutit. *Doſ*. ℈. ß. ad ʒ. ß. ⊖ *febrifugum*. ℞. Id quod relictum eſt in 🝭, ſolv. in ▽ *pluv*. & filtra per chart. ut ▽ limpida evadat, poſtea evapora in □ſtallos albos, qui erunt ⊖ *febrifugum*; ſi quis volet poteſt hoc ⊖ in mortar. marmoreo ſublimare in Flor. Ӿ *ci. Vires*. eſt ⊖ penetrans attenuans, incidens craſſos humores, unde febribus pituitoſis confert. *Doſ. gr*. iv. ad vj. Alius ∽*um* Ӿ *ci* parandi modus hic eſt: ℞ ⊖ Ӿ *ci p*. j. *Ciner. clavellat. p*. ij. Terantur in pulverem & ms. in *mort. vitr* comittantur, 🝭 vitr. inſtituatur 🝞 io ex ∴∷., ita enim prodibit, ‡ ⊖*le* △*li*. □*ſo* fœtum, deſcribens ∽ Ӿ *ci* & ⊖ △*le* □*æ*, quod per Ձli cinerum ex vinculis ⊖is communis erat extricatum copioſè lateribus Recipientis adhærebit, deſcribens ⊖lem △lem □æ rectif. quod vices ſupplere poteſt omnium ⊖lium △lium ex quibusvis partibus animalium deſumptorum; Idem enim præſtant in re Medica, quod ⊖ △ *Ebor*. C. C. &c. ♉da enim auſtera fermenta occidunt & enervant, M.S. nimirum condenſatam rarefaciunt & hinc lanquentes fermentationes ſanguinis in corde reſtituunt, pituitas tenaces incidunt & attenuant, obſtructiones reſerant; Verùm cùm propter illorum acrimoniam & odorem ingratum □ſum quandoque metus ſit, ne Balſamum noſtri ſanguinis nimium depauperetur, ægrúmque nauſea teneat, Chymici hos ⊖es oleis aromaticis involvere & nobilitare tentarunt, quod facillimâ viâ fiet ſeq. modo: ℞. *Cinam*. ℥. j. NM. ℥. ß. *Caryoph*. ʒ. ij. *S. Cardam. fœnic. Croci ana* ℈. j. add. Ӿ *ci* ℥. vj. vel vij. ⊖ ♀ vel *Ciner. clavell*. ℥. j. ß. *Spir. vini generoſ*. ℥. xx. Stent in digeſt. quò diutius eò meliùs, ita enim ⊖es Ձlici ♀ri vel cin. clavell. impetum facient in aromata, partes oleoſas & ⊖nas illorum △les reſolvunt & educunt, quia à ſpiritu vini ſuſcipiuntur; ab altera verò parte ⊖es Ձlici deſtruentes ⊖is Ӿ mixturam, ⊖ △le □æ in actum deducunt, quod occurrens partibus mollibus oleoſis aromatum ab iis ſuſcipitur, eorúmq amplexibus involvitur, & ſocietatem amplexibus amicabilem init ac proinde 🝞 e accedente ſimul adſcendunt in formâ ∽*ts* △*lis* ⊖*no-oleoſi*. Quòd ſi verò eosdem ⊖es molli oleo herbarum involutos deſideraveris, ſeq. exemplum Tibi eſto: ℞. *H. menth. major. thym. roriſmar. Cent. min meliſſ. Fol. lauri, Fol. lavend. ana m*. j. ß. (quibus ſi admiſceri velis NM. ℥. j. *Cort*: ☉*ant. citri ana* ℥. iij. gratius obtinebis ⊖ △*le oleoſum*) add. Ӿ *ci* ℥. vj. *Ciner. clavell*. vel ⊖ ♀ ℥. xij. Digerantur & 🝞 tur ut dictum ſupra, ſpir. vini ſtopam unam ſeu LXXX, ſubtiliſſimum aufferendo; Signum autē peractæ 🝞 nis erit, quando flores in alembico ſublimati diſſolvuntur, quod ſignum eſt ſubſequentis ‡ tis, ſpirituoſúmque eſſe ablatum ac proinde operationem ad finem tendere. Quod ſi tinctum volueris tuum ⊖lem aromaticum vel oleoſum pauxillum Croci in ſindone ligatum in roſtro alembici ſuſpendito, vel tingito cum guttulis aliquot R croci vel



Digitized by Google

Elix. Parac. cum ♌li præparati. Hîc & mentio facienda Eſſentiæ Stomachicæ celebris illius Angli Thomſoni cujus mentionem facit in *Chymiatror. Acu magnet. p. m.* 215. ubi virtutes ejus in longum deſcribit, totum verò negotium in hoc conſiſtet, ut *p.* 222. innuit, quòd qui poterit dextrè volatiliſare ⊖ ♀ri poterit aliquatenus propoſiti hujus ſcopum attingere, aliàs non, nimirum videtur ſic ∽u ⊖is X ci ⊖ ♀ri ∨um △liſandum eſſe, ſic enim illam eſſentiam deſcribit: ℞. Materiæ fluidæ à microcoſmo ſequeſtratæ ac putrefactæ q. ſ. octies, nonies vel decies, ♌tur pro rei exigentia: ſingulis deſtillationis vicibus admiſceantur particulas △les corrigentia & mundificantia, hunc ∽um probè defæcatum per digeſtionem, menſis circiter ſpatium, ſymbolicis congruíſque ulterius clarifica, donec ſummam puritatem adeptus fuerit: deinde fac, ut ſemel, bis vel ter ſubtiliores atomi lento △ne adſcendant, huic liquori illibato indeſinenter alta petenti, adijciatur portio ⊖lis ♀ri legitimè parati ac ſemel iterum calore quo poſſibili manſueto eliciatur ſpiritus ad omnia paratus æthereæ indolis, qui cum vitalibus noſtris intimam tenet affinitatem. In cujus tamen defectu ∽us ⊖ X ci liquori ∇æ foliatæ ♀ri commiſceri vel deſtillando combinari poteſt.

FINIS Sectionis Quartæ.

SECTIO

Digitized by Google

# SECTIONIS IV.
# DE
# MEDIIS MINERALIBUS.
## PARS II.
## DE SULPHURIBUS.

### CAPUT I.

*De Sulphuribus in genere eorúmq; Ortu.*

MINERALIBUS Salibus conſideratis, SULPHUREA Mineralium *corpora* examinanda maximè quia ſæpius ex uno eodémque ſubjecto vel venis eliciuntur, ceu unum idemque minerale eſt, ex quo ſulphur & ex quo Vitriolum elicitur, uti docet *Journal d'Angleterre*; ſcilicet ſi ex eo facere volunt ſulphur, frangitur in fruſta & immittitur in crucibula parùm inclinata, ut ſubdito igne, qui plerumque quatuor horas durare debet, ſulphur fuſum defluere poſſit in vas plùmbeum, in quod continuò labitur aqua pro coagulando ſulphure fuſo: dum adhuc funditur ſulphur, Cineres ex igne ſumuntur & in cumulum aſſervantur; aliiſque cineribus teguntur pro conſervando calore; Ubi autem ex eo conficere volunt Vitriolum, facto in terram magno foramine aſſeribus probè ſe jungentibus intus inveſtito, cineres eò abijciuntur, aquaque eò derivatur pro ſolvendo Vitriolo, hincque in ahenis plumbeis ſuper ſartagine poſitis excoquitur, hincque inde eximitur & ad cryſtalliſandum reponitur. *Sulphureorum* autem ejuſmodi *Corporum* naturæ cum Salibus, ut ut diſpar omnino ſit ratio, dum menſtrua diverſa, aqueum nimirum ſalia, ſulphureum verò ſulphura, requirunt, tamen dum invicem congrediuntur, mixtis inprimis pulchritudinem præſtare valent, quatenus rigida illorum ſpicula ab horum ramoſis ſuaviter involvuntur, ligantur & dulcificantur; Conſtat autem per *Sulphurea corpora* ea intelligi quæ ignem facilè concipiunt & oleo ſolvuntur, ceu ſulphur commune igni admotum mox ardere & per coctionem & hinc emollitionem rubicundam menſtruo tincturam præbere videmus, quo cum **Polemanno de Sulph. Philoſoph. Cap. II.** etiam colli-

colli.

colligenda reliquorum metallicorum ſulphurum, etiam ſolarium, perficienda ſolutio. Vocantur etiam hæc corpora *Bitumina* tanquam batuumina à batuo, obſoleto verbo, quod eſt obturo, dum in ſubterraneis bituminatis terrei pori bitumine obturantur ut quodam glutine, ceu & *Curtius Lib. V. Cap. I.* fontis bituminis meminit, unde reſultârunt muri *Babylonij*; notandum autem plurimos de Bitumine poſt *Plinium* & *Dioſcoridem* ſcribentes bituminata ſeu bituminoſa bitumen in ſe continentia, ut eſt *Gagates, Samothracia gemma, Carbo foßilis* &c. pro bitumine vero falsò habuiſſe & ita vocaſſe, neque enim minera ferri (lapis ferrarius dicta) ferrum, Oliva oleum, Uva vinum dicenda, pingue enim illud & ſulphureum quòd bituminatis ejuſmodi ſubiectis ineſt & flammam concipit fovétque, bitumen ſolùm eſt, quod Græcis ἄσφαλτος dicitur, fortè tanquam ἄσβεστος difficulter reſtinguibile. Id ſi detur, totum combuſtibile verum & genuinum bitumen erit nominandum; ſi in ſolida lapideáque terra ſtabuletur, exuſto bitumine carbo ſtrigoſus & exuccus ſupererit, ſi aqua admixta ſit ellychnio flammam concipit. Quicquid verò ſit ejuſmodi Bituminum & Bituminoſorum vel Sulphureorum Corporum *Ortus* in ventre ſeu gremio Telluris eſt à particulis ramoſis (*de quo & ſupra Sect. I.*) ſibi invicem incumbentibus & in magna ſatis copiâ ibidem concretis; illæ verò particulæ emergunt ex halitibus ſubterraneis pinguioribus, qui inſtar fuliginum camini ſenſim in copia accumulantur & pro varietate & puritate particularum terreſtrium quibus ſe affigunt, varia ejuſmodi ſulphurea ſubjecta componunt; ſic namque dum particulis hiſce aliæ valde vel minus flexiles, magis vel minus ſpirituoſæ aſſociantur iiſque inexiſtunt, variatur vis & conſiſtentia horum corporum; hinc ſi in eorum particulis materia ſubtilis ſeu ſpiritus fluidus volatilis abundet, qui ſatis aptus ſit ad particulas illas ſubtiliſſimè imminuendas (ceu ope ignis ex carbone Scotico & gravi non contemnendam quantitatem olei vel liquidi bituminis obtinuit *Boyle*) & inflectendas, fluida evadunt Sulphurea, ut eſt *Oleum petræ* aliaque naturalia, variantia pro varii generis particulis intra poros eorum interceptis: Sic ſi ſpiritum obtineant acidum auſterum, materia ſcilicet adſit rigidior, particulæ illæ conſtringuntur & ſibi invicem magis incumbunt, ut *Carbones foßiles, Gagates* & quę modo *Bituminata* vocavimus, *Succini* item *diverſa genera*; Si autem corpuſcula illa ſpiritum merè acidum admittant, materiáque ſubtilis nihil immutata in poris illorum hæreat, durum evadit & fragile ſubjectum, ſed minus ponderoſum, ut *Sulphur* & diverſa ejus genera, manifeſto indicio omnia ejuſmodo ſubjecta, miſtionis potius gradu quam natura inter ſe differre, id quod jam agnoviſſe videtur *Ren. de Cartes Princip. Philoſ. Part. IV. § LXVVI.* ingenioſè de hiſce ita diſſerens: Exhalationum particulæ tenuiſſimæ nil niſi purum aërem ſolæ componun

ponun

ponunt, ſed tenuioribus ſpirituum particulis facilè anneƈtuntur, illáſque ex lævibus & lubricis *ramoſas* reddunt; ac deinde hæ ramoſæ, ſuccis acribus ac metallicis quibuſdam particulis admiſtæ, *Sulphur* conſtituunt, & admiſtæ particulis terræ multis etiam ejuſmodi ſuccis gravidæ, faciunt *Bitumen*, & cum ſolis particulis terræ conjunƈtæ faciunt *Argillam*; & denique ſolæ in oleum vertuntur, cùm earum motus ita langueſcit, ut ſibi mutuò planè incumbant. Sed cùm celerius agitantur, quàm ut ita in oleum verti poſſint, ſi fortè in rimas & cavitates terræ magnâ copiâ affluant, pingues ibi & craſſos fumos componunt, non abſimiles iis qui ex candela recens extinƈta egrediuntur, ac deinde, ſi quæ fortè ignis ſcintilla in iſtis cavitatibus excitetur, illi fumi protinus accenduntur, atque ſubitò rarefaƈti, omnes carceris ſui parietes magnâ vi concutiunt, præſertim cùm multi ſpiritus ipſis ſunt admiſti, & ita oriuntur *Terræmotus*. Ex diƈtis verò haud difficulter inferre poterimus *Analogiam* ſulphurum horum Mineralium cum Vegetabilibus, haud enim aliter Sulphurea hæc (unde & Reſinæ Terræ dicuntur) in terræ penetrabilibus formari videntur, quàm gummi & reſinæ in plantis ex partibus oleoſis ramoſis & acidis rigidis invicem complicatis, quod confirmant maximè tum tædæ igne in fornacibus excoƈtæ, ex quibus Pix elicitur, haud aliter ac in quibuſdam locis bitumen nigrum ex terrâ exprimitur, non aliâ quam ignis ſubterranei vel etiam ſolaris vi, ut eſt *Bitumen nigrum* quod in *Arverniâ* in Gallia ad urbem *Montferand* è terra exudat, quale mihi monſtravit *Excell. D. D.* (νῦν ἐν ἁγίοις) *Jac. Sponius Medicus Lugdunenſis*, cujúſque mentionem fecit in *Aphoriſm. novis Seƈt. V.* §. *67.* tum etiam artificialis reſinarum formatio ex oleo Vitrioli cum oleo aniſi guttatim affuſo, experimento *Dn. Grevv* Angli, ac inſuper quòd Oleum olivarum cum ♒u ⦶tri digeſtum in medullam vel butyrum quaſi abeat. Imò & haud adeo improbabile eſt, adipem in Animalibus ex parte oleoſa ſanguinis aliter haud concreſcere præſertim circa glandulas (ut in ſuibus circa glandulas cutaneas) quàm quia partes nitroſæ ſanguinis aëre hauſtæ in iis copioſiùs lymphæ permiſcentur ac etiam ſanguinem nitroſitate ejuſmodi imbuunt ſuóque modo velut figunt. Novi quidem his contrariari Chymicum quendam præſtantiſſimum, qui in ſuâ de *Salibus Differt.* omne acidum ſulphuri negare contendit proceſſu ſequenti, quo ſulphur nullo vel pauco aëris acceſſu redigit in liquorem rubicundum minimè acidum ſed virtutis balſamicæ: ℞. *Sulphur citr. Furfuris ad nigredinem calcinati ana* deſtill. ſ. a. per retortam igne aperto, adjunƈto excipulo majori, ita furfur impedit, quo minus ſulphur ſub florum forma avolare poſſit, ſed in liquorem ſe convertat, hoc modo dicit ex ℔. j. ſulphuris haberi liquoris ad acida & alcalia indifferentis circiter ℥. ix. & ſulphuris in collum 🝭æ ♎ti ℥. ij. Verùm admixtio furfuris calcinati, quod alcalicum eſt, non alio fine inſtitui videtur



tur

tur, quàm ut eo ⊖ ⦶licum quod ſub ramentis oleoſis ſulphuris deliteſcit enecetur & occidatur, ac ſulphur ſuo ſale corroſivo, quod aliàs in eo latet, & dum accenditur flammâ cœrulea ſe prodit, decenter ſpolietur.

# CAPUT II.

## *De Sulphure in ſpecie.*

SULPHUR quaſi ſolum urens, *Iſidoro* ita dicitur, ſummè enim inflammabile eſt, ex particulis lucidis ceu moventibus, ac ♉dis & ♌linis ceu mobilibus compoſitum, ut minimè mirum ſit, ſi ignis ſummè fermentans reſolvens & exuſcitans corpus ∿us in partibus reſinoſis reſidentes mox in motum rapidum cieat, ramoſas particulas dividat, ſalináſque rigidas indolis ▽æ vel potiùs metallicæ iis intertextas crebris particularum ſuarum ⦶tro-aërarum, quas ingenioſè *Mayovv* huc accerſit, ictibus atterat, verberet, comminuat, uti innuit color cœruleus, dum 🜍 accenditur, apparens, ex materia quadam tertiâ partibus ⦶tro-aëreis ſulphureíſque interpoſita, à qua particulæ igneæ à motu liberiori detinentur, emergens: unde etiam cum *Ettmyllero in Chym.* notamus partem Sulphuris tum ⊖nam tum 🜍ream, & inprimis quod ∿us ♉dus è ſale prolectus ſit cognatus ſali terræ centrali, & ♉do univerſali omnium mineralium, quo hinc & Veteres, Sulphur θεῖον vocantes, ſpiritus malignos è domibus fugârunt. Eſt autem *Sulphur* aliud *nativum* aliud *factitium*. *Nativum* foſſile eſt, ἄπυρον, purum & ſincerum, auro in colore non poſtremum, naturale, rarum & leve, cujúſque odor ſimilis eſt evaporationibus illis à locis fulmine ictis, elevatis. *Factitium* eſt id quod arte paratur & perfectum fit dùm ignem experitur, ſulphur vulgi dictum; excoquitur vel ex pyrite vel ex aquis ſulphureis, incoquitur & oleo & calamis ferreis funditur: Depuratur & in uſum Medicum cum lixivio ♆, qualiter Thermarum 🜍rearum ortum monſtrat, ex aquæ nimirum frigidæ, ſalſæ & ſulphuris occurſu, quod ab illa eroditur, ut egregiè de hiſce experientiâ edoctus ſcribit Candidus *Rochas* de *Aquis ſulphureis*. *Vires* ſulphuris balſamicæ ſunt, etiam crudi (ſublimatione noxia vix ſi adſint, ſubtrahente, o–ocaléque non in fundo relinquente) dum mollibus reſinoſis, & pinguibus particulis aſperitates corporis partium, illarúmque humorum apprimè mitigant & leniunt, ac etiam heterogenea inde diſcutiunt, hinc namque & adverſus Venena, venenatorúmque animalium morſus ſummè commendatur, item ad puncturas nervorum, ſi poſt *oleum terebinthinæ* torrefacti 🜍ris pulvis adſpergatur, teſte *Fieno Pract. Med. Lib. II. p.* 169. Inprimis autem verum *Pulmonum balſamum* præbet, unde in *Phthiſi*, *Aſthmate*, *Tuſſi*, *Vomicâ* exoptatiſſimos præſtat effectus, & pri-

mas

mas tenet in *Pulvere pectorali Dan. Ludovici Pharmacop. mod. p. m. 375.* ℞. 🜍 *commun. Rad. Ireos Flor. Aron.* cum vino vel par. aceti mitigat. *ana Ms. f. pulv.* pro adultis & infantibus, quique pro re natâ, opiatis, ♄libus, ♃libus & ♄ninis confortari poteſt. Item ℞. *Mell roſat.* ℔. j. *Rad. Ireos Flor.* pulver. *Flor. heder.* 🜄 *eſtr. pulv. ana* ℥. iij. 🜍 *opt. pulveriſ.* ℥. j. *Aq. aſthmat. q. ſ.* f. *Elect. molle. Doſis* manè & veſperi cochl. plenum. In *peſte* ob reſinoſum ♉dum optimum eſt præſervativum, reſiſtit enim, ut optimè *Junckenius in Not. ad Agric.* ſubtili maligno & illud ligat, ne putredo ex ſpirituum ſubjugatione exoriatur, ſpiculáque maligna in ſpiritus agant, ſed potiùs in reſinam 🜍ris ſe ſe agendo occultent, inviſcantúrque, commendandus ſequens *Pulvis alexipharmacus*: ℞. 🜍 *opt. pulv.* ℥. ij. *Myrrh. rubr. el.* ⊕ ♄ *iat. ana* ʒ. vj. *Camphor.* ʒ. ß. *MS.* f. *pulv.* cujus *Doſ.* ʒ. ß. in ♁ *bezoard.* In ulceribus antiquis à ſanguine corrupto: ℞. 🜍 *opt. pulv.* ♄ *diaphor. ana* ℈. j. ♁ ♄*ii gr.* vj. *MS.* Quidam quoque 🜍 ℥. j. *pulveriſ.* coxit in *vini* menſura dimidia ad remanentiam quartæ partis, paulò ante paroxyſmum in Quartanâ id dedit calidè, pedibúſque & manibus calidè immerſis fecit ſudare. *Externè ſcabiem* præprimis ſanat, ceu induſium in ſolutione 🜍ris excoctum optimè ad illam valet, item ℞. 🜍 *opt. pulv. ZZ. pulv. ana* ʒ. ß. *Axung. porcin.* ℥. ij. *MS.* vel ℞. 🜍 *opt.* ⊖ *comm. Ol. laurin. ana* ℥. j. *Axung. porc.* ℥. iv. *MS.* In *Guttâ roſaceâ*: ℞. 🜍 *crud. pulv. ſacch.* ♄. *ana* ʒ. j. ☿ *dulc.* ℈. j. *Camph.* ℈. ß. *Aq. ſperm. ranar.* & *roſar. q. ſ. MS.* inſtar pultis, quâ nocte facies inungatur, manè verò 🜄â *roſac.* abluatur. Ad *Impetigines*; ℞. 🜍 *viv.* ℥. j. *Litharg.* ʒ. ij. ○ *uſt. Myrrh. ana* ℈. j. *Ol.* ♀ *per deliq.* ʒ. j *Ms.* f. *Ung.* Item ℞. 🜍 *comm. q. v.* comburé in 🜋, poſt ms. cum *ſerv. cervino* f. *Ung.*

E *Præparatis* ex *Sulphure* ſint

I. FLORES 🜍RIS ex cucurbitâ terrea in alembicum ſublimantur, è quo ſi eximantur, illa tegi operculo mox debet, ne -ʌ-us ⊕tro-aëreus cum ſulphure efferveſcens, incenſionem ſulphuris inducat; *Uſus* horum eſt in *corruptelis* partium, pulmonum præprimis inſignis ceu & ipſum corrumpens ♉dum in lymphâ & ſanguine domat, *Catarrhis*que hinc, *Tuſſi* & *Colicæ* ipſi medetur. *Flores* 🜍 *compoſiti* ſeq. ſunt: ℞. *Flor.* 🜍 ℥. j. ß. *Myrrh. ſel.* ʒ. j. ß. *Aloës ſuccotrin. opt. depur.* ℈. j. *Croci or. gr.* xv. *MS.* f. *pulv.* Sic & fiunt *Tabulæ ſulphuratæ pectorales.* ℞. *Flor. ſulph.* ʒ. ij. *Boli Armen. ppt.* ʒ. j. *Croci or.* ℈. j. *Sacchar. alb. aq. hyſſop. ſolut.* ℥. iv. *MS.* f. *Conf.* in *Rotulis*

II. LAC 🜍RIS parari poteſt è ſulphure cum ⊖le ♀ri ferment. coctо in 🜄a pluvia ad ſolutionem, quæ poſtmodum à fecibus decantatur & cum ✱ vel phlegmate ⊕li præcipitatur, ſic enim lacteſcet (prout & pus ulcerum albidum eſt ob pinguedinem maſſæ ſanguineæ ab ♌li ſolutam & poſtea ab ♉do ulceris præcipitatam) & ad fundum cadet pulvis albicans, qui à fœtore nidoroſo crebris ablutionibus vindicandus & leni igne exiccandus:



Digitized by Google

hic verò minimè pro calce emortuâ ad inſtar magiſteriorum è terreis præparatorum habendus, ♌li enim eſt abſque ♉do, quod in floribus adhuc ex parte adeſt, unde quoque teſtatur *Ludovicus Pharmac. mod. p.* 375. ſe id in bronchiorum infarctu 🜍re crudo ac florificato reverà præſtantius perdiù expertum fuiſſe, ceu quoque aſſenſum præbet *Poterius Cent. I. Obſerv. C.* 98. referens pulmones aſſiduâ fluxione vexatos, *decocto alexiterio* & *exiccante* ac *Lacte* 🜍*ris* in priſtinum reſtitutos fuiſſe.

III. TINCTURA SULPHURIS habetur è 🜍*re prædicto modo correcto* & 🜈 *alcohol.* ad eminent. ℥. digit. tranſverſ. affuſo & digeſto, donec 🜈 rubicundus evadat, qui hinc à fecibus ſeparetur & in formam balſami redigatur, abſtrahendo alcohol vini ad debitam conſiſtentiā balſami liquidioris. *Uſus* ejus qui balſamorum, ad maſſam ſanguineam in vigore conſervandam ac etiam exaltandam. Ejuſmodi verò color rubicundus innuit ♉dum in particulis ramoſis combuſtibilibus ſubeſſe. *Tinctura* magis *compoſita* habetur ſi ad *Menſ.* j. *Tinct. prædicta*, addantur hæ ſpecies: ℞. *Rad. angelic. Imperator. Zedoar. ana* ℥. ß. *Cinam. Caryoph. Croci, Caſtor. ana* ʒ. ij. *Myrrh. elect.* ℥. j. *Camphor.* ℥. ß. *Benzoni Styrac. calam. ana* ʒ. ij. ß. *Theriac. opt.* ℥. ij. fiêtque *Elixir* præprimis *pneumonicum* in *aſthmate* & *phthiſi*, præſervánſque in *peſte* & *febribus malignis*, potentiſſimum item *emenagogum*, ac etiam ad *ambuſta* in externis aliiſque valens. Excellentiſſimus quondam Practicus Badenſis *Franciſc. Bernh. Schnorf Elixir* 🜍*ris Balſamicum ex Helmontii Jun.* apographo ſeq. encheireſi elaboratum ita in uſum adhibuit: ℞. 🜍 *commun.* aut ejus loco 🜍ris embryonati florum (quod balneis Badenſibus ſupernatat) & ⊖ ♀*ri ana* q. v. mixta reverbera ſaltem in 🜊bulo ſuper carbones accenſos, non tamen nimis violentos, ita cautè ſemper agitando, ut fœtidum 🜍 exhalet, utile verò non comburatur, ſufficiens ſignum eſt, ſi colore fuſco ſe monſtret, poſtea rumpe 🜊bulum in loco calido & materiam calidam in mortario calido contere & mox ſuperaffunde 🜈 *rectif. q. ſ.* in vitro, quod bene claude & digere. (NB.) Ideo elixir ſulphuris in loco calido ſemper & ſicco conſervari debet & tractari, ne ⊖ ♀ri humiditatem aëris attrahat, quia hoc facto 🜈 difficillimè ad ſe rapit 🜿am, *Digeſtum filtra* & affunde ſpecies ſeq. ℞. *Mumiæ* ʒ. iij. *Aloës, Myrrh. Caryoph. ana* ʒ. ij. *Cubebar. Camphor. Angelic. Theriac. Scorzoner. Imperator. Bacc. lauri, Croci, Cinamom. ZZ. Zedoar. Caſtor. ana* ʒ. j. *Flor. benzoin.* ʒ. ij. *Eſſent. ſuccin.* ℥. ij. ▽ *apoplect.* & *ſtomach.* aut ejus loco. ⏜ *lavendul.* & *abſynth. ana* ℥. j. rurſus digere omnia, ſcilicet 14. diebus, digeſtum bene filtra toties, donec pauciſſimæ feces remaneant & ſerva ad uſum. Nobilis quidem hujus elixiris eſt *uſus*, ſed ob fœtorem adverſus ægris, ideo ad hunc tollendum, abſtrahe primâ vice 🜈 & 🜍 cum ⊕le ♀ri denuò calcina ut ſupra, dein rurſus cum 🜈 procedendo, ut prius, ſic enim fœtidus odor diminuitur. Ad *ſcabiem* juvandam, *morbillos*,

*billos, variolas* magni uſus. *Doſ. coch.* j. ß. aut ß. in omnib. venenis aſſumptis &c. in *peſte, in hecticis, phthiſicis* cum lacte. In *Apoplexia* cum adſit nimia ſpuma cochl. j. Alius quoque *Balſamus* 🜍 compoſitus, verum & infallibile remedium ad *Phthſin* ita fit; ℞. *Flor.* 🜍 *ter cum* ⊖ 🜿 ≏*at.* ℥. j. ß. *benzoës* ʒ. iij. *Myrrh.* ʒ. ij. ⊖ 🜿 ʒ. j. ß. *MS.* & denuò deſtilla ℞. dein *Flor.* hor. *ſublimat.* ℥. j. *Ol. amygdal. dulc. rec. opt.* ℥. ß. *Butyr. ex lacte mulieris ſan.* ʒ. ij. *ſal. ſuccin.* △*le opt.* ℥. ß. *C.C. opt.* ℈. j. *MS.* optimè, eáque immitte phiolæ in leni calore cinerum ad 3. dies digerendo, adde dein *Ol. nuc. moſch. expr. gr.* vj. liquorem hunc infunde cucurbitæ vitreæ munitæ ſuo capitello & recipiente ad deſtillandum, & ſic recipies oleum ex flavedine rubrum, quod cum *rore majali* rectificandum eſt. Hic eſt *verus Balſamus pulmonis & totius corporis refectorius. Doſis eſt à gut.* v. ad vij. in *lacte caprino* vel *ſeq. decocto*: ℞. *Rad. Chin opt.* ℥. iij. Infund. in 🜄 *â veronic. tuſſilag. ſcabioſ. ana* ℔ ß. add. *Paſſul. excoricat.* ℥. vj. Stent in infuſione per 24. horas, poſtea coque in cucurbitâ vitreâ per 2. hor. dein cola per linteum rarum, percolatum uſui ſerva. Doſis *Decoct.* eſt ab ℥. iv. ad ℥. v cum balſamo prædicto exhibendo.

IV. BALSAMUS SULPHURIS iſque vel ad uſum internum vel externum: ad Internum fit

1. *Simplex* ſeu *Terebinthinatus*; ℞. *Flor. ſulph.* ℥. j. ß. ∽*ûs Terebinth.* ℥. iv. vel ℥. v. ſtent in digeſt. vel aren. per horas 4. addito tertio △is gradu, cùm non ampliùs ſtrepit, operatio eſt peracta; inter extrahendum pro lubitu facile poteſt *oleo fœniculi* vel *aniſi* alterari. *Uſus* ejus ad *ulcera* interna, maximè *pulmonum* cum *balſam. peruv.* & *ſacchar.* ♄*ni* egregius eſt, item in *tuſſi* inveterata cum *opiatis*; uti & *dyſenteriâ malignâ*, aliàs ſi incautè aſſumatur, ob vim adurentem *Cardialgiam* moleſtam excitare poteſt, ut docet *Obſerv* 121. *Act. Hafn. Vol.* 1. *p. m.* 223 *Barthol.* Spiſſius verò *Balſamum* ſi deſideretur, cum oleis ♌tis habetur, modo ſeq. ℞. *Sulphuris cum* ⊖ 🜿*ri ferment. q. pl.* pulveriſ. affund. *oleum ſuccin. terebinth. lucid. Juniper. Aniſ.* ad eminent. 2. digit. tranſverſ. digerantur vel coquantur donec olea deſtillata ſufficientem quantitatem ſulphuris imbiberint & ſpiſſius balſamum evadet.

2. *Compoſitus* magis: ℞. *Sulph.* cum ⊖*le* 🜿*ri ferment.* ℥. iv. *Croci Myrrhæ, Aloës ana* ʒ. iij *Camphor.* ʒ. j. *ol.* ♌. *juniper. Terebinth. luc. ana q. ſ. MS.* f. *Balſam.* leg. art. digerendum.

Ad uſum externum *Balſamus Sulphuris* convenientiſſimè ſecundùm *Dan. Ludovicum Pharmac. p. m.* 379. parari poteſt cum *oleo hyoſcyami*, vel ſaltem *oleo amygdalino* è crudi nec ♌li quodam diſſoluti ſulphuris proportionali pondere, per ſimplicem tantùm ſine vino, opus protrahente, liquationem ſeu diſſolutionem, cui *Camphora* pro lubitu demum addi poteſt. *Uſus* hujus ad *ulcera* & *vulnera* recentia, maturandos *carbunculos* & mundificandos.

candos ne in *ulcera maligna* abeant; Cum *oleo momordicæ* curat *ulcera mammarum*, item *panaritium*, teſte *Rulando*, qui *oleum omphacinum* ad ejus præparationem adhibet.

V. SAL ♀RIS ita fit; ℞. ⊙ ♀, calcinetur bene, affund. ▽ decantetur, filtretur, coagulum clarificetur & ſic habebitur ⊖, inſigne arcanum in *Chirurg.* ad ulcera contumaciſſima, ſi *unguento* miſceatur.

VI. SPIRITUS ♀ per campanam vaſe noto condenſatione paratur; *Uſus* ejus qui ∽ûs ⊕li, imò mitior adhuc, ob partes metallicas minus ipſi admiſtas, quamvis & plurimùm natales ſuas aëri acceptum referat, ceu per quem acidum quoddam magis univerſale diſpergitur, non tamen penitus, ſed ſal quod per ♀ris partes ramoſas diſpergitur, illudque denſat, ſic in fluorem concitatur, uti Cap. I. innuimus. Aliàs ∽um ♀tis faciliori modo parabilem in *Colleg. Chym. MS. Proceſſ. LXVI.* ſiſtit *Excellentiſſ. Celeberr. DN. D. Mauritius Hoffmannus Profeſſor Altorffinus*: ℞. ♀ris *q. v.* fac ut fluat in ✠bulo, fluenti immerge linteola oblongè ſecta, & exicca: poſtmodum adſit doliolum ad quartas circiter ▽*â font.* puriori repletum, cui per vices immitte telam unam alterámve ♀ratam accenſam, oſtio mox clauſo, ne accenſi ♀ris fumus erumpere poſſit, verùm omnis intrà dolii ambitum coërceatur, & ⊖næ particulæ intus ab ▽a (dum interea poſt unius telæ deflagrationem doliolum hinc inde commovetur) promptè roſolvantur, quæ ſi ſatis inde acidula reddita fuerit, 🝭tæ vel cucurbitæ humiliori infundi & ✢ ſuperfluum abſtrahi debet, remanente liquore acido ∽ ♀ris per campanam aliàs parabilis æmulo. Ad hunc modum quoque *potus* ♀*rati* ab *Helmontio Tr. Aſthm.* & *Tuſſ.* parati, qui maximopere valent in *tuſſi*, *malignísque affectibus*, prout in *Peſte Londinenſi* quâ indies 900. homines occubuere, ij maximæ utilitatis experti ſunt. Vid. *Cardiluc. Diſſert. de Peſte.*

VII. OLEUM ♀RIS VERUM & ♀ *fixum* Philoſophorum ita fit: ℞. ♀ *flav. Ol. lini ana* ℔. ij. Ms. indantur ollæ 6. menſ. capaci, liquentur ſuper △, usque dum videatur effluere, hinc effunde in aliam ollam, maſſaque refrigerata erit colore hepatis; hæc indatur cucurbitæ perlutatæ, adaptato capitello, ∫lentur primùm leniter, & prodibit primum liquor lacteus, dein igne aucto *Oleum rubrum*, quod ſervetur, maſſa verò in fundo reſidua nigra, ſplendens reverberetur, & fiet primum albicans, dein flava, tandem rubra, quæ eſt ♀ ▽*um ſecretum Philoſophorum. Oleum* verò *rubrum* optimè per oleum leni depuratum eſt ab omni fœtore & unctuoſitate. Hinc *Uſus* ejus egregius in *Colica* ad *gut.* 2. 3. 4. quam certo ſanat, expellit excrementa & vermes enecat.

CAPU

## CAPUT III.

### *De Succino.*

SUCCINUM (Græcis ἤλεκτρον quod digitis aut panno rudi attritum paleas alliciat ob tenuiſſima effluvia aerem rarefacientia, de quo *Kircherus Art. magn. p. m 563.*) dicitur, quòd ex ſucco concreſcat, non quidem arborum, ut quidam putârunt, cùm in Pomerania & Pruſſiâ (*Münſtero* teſte) à mari nullæ ſtent arbores reſinam ſtillantes, ubi plurimum legitur ſuccinum, ſed ex ſucco bituminoſo (cui dum adhuc liquidus eſt varia involvuntur, ut formicæ, ceu tales vidi *Bononiæ* in Muſæo *Dn. Zannone*) è cavernis terræ effluente & ſalſugine maris coagulato, prout inprimis conſtat ex eo quòd in quibuſdam locis ut *Iſlebiæ*, ubi & fons *ſalſus*, è terræ mineris eruatur, fontéſque dentur varii coloris bitumen effundentes, ac fruſta ſuccini reperta ſint, quæ extus ſuccinum coagulatum exhibuerint; ſic refert *Dortomannus Monſpel. de Cauſ. & effect. Therm. Belilucanar. p. 65.* quòd ad illas ſuccini fragmenta videantur, lapidibus adnata & accreta, item *Gœbelius de ſuccino L. II. p.* 18. quòd non ſemel viderit veram melanteriam, chalcitida & alias ſubterraneas res ſuccino adhærentes, ſic & dum ſuccinum deſtillatur habetur oleum ad inſtar petreoli vel naphthæ, item ſpiritus aluminoſus qui cum phlegmate egreditur, & ſal volatile acido blando conſtans natales haud dubiè ducens ex ſale marino partes ejus ramoſas ſolidè affigente ac firmiter compingente, dum aliàs glebæ reſinoſæ partes per interſtitia cohærent, quamvis ſpeciem quandam reſinæ aquæ vitrioli, cui alii adſtringentes ſucci erant, admixti, injectam in duritiem ſuccini coagulatam fuiſſe referat cit. *Gœbelius.* Quare è bitumine lique facto ſuccinum oriri credendum eſt, quod calore terræ ignibusque ſubterraneis, quibus Pruſſia (cujus Ducem quotannis ex ejus venditione viginti vel triginta millia marcarum Brutenicarum, plus minus, prout ventus & fluctus ſunt ſecundi, haurire relatum eſt *Andr. Aurifabro apud Cratonem Epiſtol. Medic. L. IV. C. III. p. m.* 299.) pyritidum aliorúmque metallorum etiam ferax, minimè caret & littora Sudinorum, vel ſponte per ſuos alveos in mare fluit & exſtillat vel à fluctibus marinis eorúmque alliſione è venis terræ (ceu & ex foſſis novis urbis Regiæ Haffnienſis à foſſoribus militibus eruta fuiſſe pluſcula fruſta ſuccini variæ magnitudinis, refert *Thom. Barthol.* in *Act. Hafni.*) educitur, vel etiam copiâ ſuccedentis ſucci, aëréque ab ignibus ſubterraneis rarefacto protruditur & in aquam marinam egeritur, à cujus ſalſedine dum coagulatur, ſecedunt nihilominus quædam partes tenues & oleoſæ,

oleoſæ, quæ in ſuperficie aquæ ad littora non ſemel, ubi mare tranquillum eſt, à ſuccini piſcatoribus viſæ ſunt. Exinde verò & *Differentiæ* potiores *Succini* (ſuccinum enim ab iis, ac piſces reticulis, capitur) noſcentur, eſt enim aliud *candidum* & album minimè tranſparens, maximè verò rarum & pretioſum, quod oritur ex partibus illis purioribus & tenuioribus bituminis cum aliis decenter commixtis, maceratis & à maris ſalſedine per intima exeſis & attenuatis, ceu petreolum rufum aut luteum in aqua ex ⊖le uſto mixtâ maceratum, agitatum & concuſſum lacteo colore imbuitur; quòd verò hoc genus ſuccini rarum ſit, ex eo eſt, quòd non omne ſuccinum in mari juſtam ſatis moram trahit, quò perfectè per omnes partes à ſale marino alterari & affici poſſit, prout & hoc candidum rariſſimè effoditur, quia à craſſa & terreſtri ſalſedine impreſſionem nullam ſuſtinet: aliud eſt auri modo *flavum* & tranſparens, aliud itidem pellucidum ſed variis coloribus ornatum, aliud tandem *opacum* & unà variis ignobilioribus coloribus obſcuratum & fœdatum, prout, nimirum materia purior, tenuior vel craſſior eſt, ac coagulum ab aqua marina contigit. *Vires Succini* nobiliſſimæ ſunt, extrinſecus & intrinſecus *Alexipharmacum* eſt, *Cephalicum*, *Nervinum*, *Cordiale*, *Stomachicum*, *Uterinum*, *Nephriticum* & *Arthriticum*; peſtem nimirum & omnia venenorum genera infringit, acrimoniam mitigando & particulis balſamicis vigorem ſanguinis juvando fibráſque corporis roborando, firmando humoréſque fluxiles nimis adſtrictione ſuâ levi corrigendo, hinc in *Catarrhis*, *Apoplexia*, *Vertigine*, *Lethargo* citiſſimè ſuccurrit, vomitum ventriculi ſiſtit ac cardiacæ paſſioni decoctum in aqua ſec. *Marcellum Empiricum* medetur; In *ſuffocatione* & *inflatione matricis* flatibúſque inteſtinorum pellendis, *partu difficili* vix quidquam eſt præſtantius, *Vulvæ procidentiam* ſuffitu in locum reſtituit, *Fluori albo* mulierum optimè medetur. Confert *calculoſis* & *dyſuriâ* laborantibus. Siſtit & *ſanguinis profluvium* & menſium redundantiam, prout & *globuli* ex eo formati, occipitio annexi, ad oculorum defluxiones, deſtillationéſque in guttur auxiliari dicuntur. Dolotibus dentium quoque medetur. In *peſte* pro amuleto inſervit, adverſus quam & utiliter frictio cum ſuccino 7. pulſuum principaliorum inſtituitur: In ſummâ ſuccinum balſami inſtar eſt humido noſtro radicali ſeu ſucco nutritio gummeo nonnihil, quem hinc inſigniter confortat & adverſus morborum inſultus defendit.

Quò autem Succinum eò melius vires illas exerat, variè ab Artifice tractatur. Sit

I. SUCCINUM PRÆPARATUM lævigatione cum aquâ beton. meliſſ. &c. Hinc variè adhibetur & commiſcetur. Ex eo fiunt *Rotulæ de ſuccino*: ℞. *Succin. alb. ppt.* ʒ. j. *olei* ſ\. *ſuccin gt.* XII. *ſacchar. albiſſ. ad conſiſt. tab.*

Digitized by Google

*tab. cocti* ℥.iij. *f. Rotulæ* ad catarrhos abſumendos maximè utiles, ceu & Bolus hic ſudoriferus egregius eſt: ℞. *Theriac.* ʒ. j. *ſuccin. alb. ppt.* ℈. j. *Camphor. gr.* iij. *MS.* Sic & ingreditur Pulverem pepticum Dn. D. *Cox* Angli: ℞. *Succin. flav. alb. citrin. ppt. Flor. antb ana* ʒ. iij. *cinam.* ℈. j. *ſem. carui, Cort. Winter. ana* ʒ. ß. *ſacchar. alb.* ℥. vj. *Ms.* f pulv. mediocriter craſſus; ſumatur cochl. ß. poſt paſtum. Sic ingrediens quoque primarium eſt *Pulveris antepileptici Ludoviciani*; ℞. *Pulv. bezoard. albi* alio jam in loco deſcripti, *ſuccin. alb. ppt. Cinnabar. nativ. ana p. æq.* MS. f. pulv. Doſis adultis ʒ. ß. Infantibus anniculis gr. iv. v. vj. interpoſitis ⊓*u* C. C. ♋ *ci* ⊡*oſ.* cum *Eſſent. ſuccin. camphor. caſtor. TRâ corallor.* ♁*ii*, ligantibus item ex *opio*, prout inde habetur ejusdem *pulvis anodynus*: ℞. *Pulv. bezoard. alb.* ʒ. vj. *ſuccin. alb. ppt.* ʒ. iij. *Cinnab. nativ.* ℈. iiij. *Laudan. Opiat.* ℈. j. Ms. f. pulv. Doſis Trimeſtri ad gr. j. etiam cum aliis præcipitantibus citra Corallia in febribus; Adultis gr. iij. cum *pulvere epilept.* Confert *torminibus diarrhais, vomitibus lactantium* &c: Sic & elegantes *Pilulæ de ſuccino Cratonis* ad *catarrhos* ſiccandos: ℞. *Gentari* id eſt. *ſuccini ſubtil. pulveriſ. Maſtich. ana* ℥. ß. *Aloës opt.* ʒ. x. *Agaric. opt.* ʒ. iij. *Ariſtol. rot. ver.* ʒ. j. *MS.* & cum *ſyr. de abſynth.* & *ſucc. beton.* f *Pilul.* vij. ut olim moris erat, ex ʒ. j. *Doſis* earum ſint duæ vel tres, vel quinque ante introitum lecti.

II. Tinctura Succini fit è ſuccino groſſo & aliquantulum imbibito ol. 🜿ri per deliq. mixto cum 🜿ri ſicci modico & affund. 🜈 rectif. vel aliàs cum 🜈 🜿riſato. qualis poſtea oleis aromaticis aliíſque ℟ris miſceri poteſt, unde *Elixir uterinum Ludovici* componi poteſt è ℟ *â ſuccini. caſtor. camphor.* ſi miſceatur cum ℟ *á bezoardica Wedelii* & ℟ *â anodynâ* optima eſt in *Gonorrhæa, fluore albo.* Quia verò ejuſmodi ℟ cum 🜈 parata deponit tandem oleum clarum, oleo ſuccini vulgari ſpiſſius & terebinthinæ liquidæ ſimilius, (licet hocce oleum *D. Ludovicus* eſſentiæ hujus maximè adſuetus nunquam obſervarit, ut refert in *Miſcell. Curioſ.* ubi & ferè ſatiùs eſſe judicat, ſi nil vel parum ſolum de 🜿ſato 🜈 poſt confectionem abſtrahatur, neque enim vis per quæſitam ſic concentrationem deprehendatur major) quod manu duci poteſt inſtar ceræ, colligit *Borrichius Act. Hafn. Vol. IV. p. m.* 158. non eſſe veram tincturam ſed oleum miſtum eſſe, ſed tamen quoad *Vires* in affectibus cerebri, ubi minutorum vaſorum eroſio timetur ac apoplexia imminet ad conſolidandum conducere. imò & externè ad capitis vulnera in *Turundis* valere. Neq; verò ſaltem in TRâ hac ſuccinium liquidum inſtar terebinthinę haberi poteſt, ſed etiam dum ejus v. g. ℔. j. ∫ tur in olei *ſuccini* ℥. vj. circiter, tum refrigerari ſinitur & oleum cum ☉ ſubtiliter trito in matracio junguntur & digeruntur; modum ejuſmodi habuit *Theodorus Kerckringius* quemque utique pro inſigni artificio habet *Morhofius in Epiſt. de Tranſmut. metall. p. m.* 49. dum ſolo ignis miniſterio, nullâ

aliâ re additâ, ſuccinum ita ſolvitur, oſtendit ipſi laudatus *Kerckringius* cadavera infantum ſuccino tali obducta, ut omnia membra transparerent, monſtravit & phiolam vitream tali ſuccino ſoluto, rurſúsque coagulato impletam: quam ſplendidè verò ſic magnatum cadavera condiri ac à putredine conſervari poſſunt & ſuccini fruſta majora, quæ in Oriente ultra ☉ æſtimantur, compingi? *Uſus externus TRæ ſuccini* eſt ad arcendam *gangrænam*, ceu Lugduni Gallorum in Noſodochio ſummo cum ſucceſſu eâ utuntur.

III. OLEUM SUCCINI, *Opobalſamum Europæum* dictum, & ⊖ ejus 🜂*le* paratur vel per ſe, ex raſura per retortam, eâ cautione, ut tertia ad minimum pars remaneat vacua, vel ne ebulliat nimis, adjiciendo parum arenæ vel etiam globulos à ♌ne ♒ûs ⊖is reſiduos, anatica portione, △em cautè regendo, ſic verò prodit ♒us ♌dulus, quem ſequitur oleum flavum & limpidum unà cum ⊖le 🜂li, per extremam verò torturam △is ſtillat balſamum vel oleum nigrum ſpiſſius, ☉ in Emplaſtra magnetica reſervato: *Sal volatile* verò inde colligitur & ſi color *ejus* arridet ſeorſim aſſervatur, vel ab oleo fœtido rectificatur, diluendo id ▽â pluviâ tepidâ & filtrando per chartam *ſ.a.* Sic enim oleum hæret in filtro, ſale ſoluto tranſeunte cum ▽*â pluv.* quæ leniter evaporata ⊖em in fundo concretum ſaporis acciduli relinquit, ⊖libus ♌licis animalium ☐ſis minimè æquiparandum, ac hinc in renitentioribus *iſchuriis*, *Ludovico* teſte, infidum nec adeo præſens, minimè tamen contemnendum in paſſione hyſterica & inſultibus epilepticis compeſcendis, dum obſtacula decentis ♒uum animalium influxûs diſcutit; ſic namque optimum hinc eſt in *Oleo emmengago Wedelii*: *℞. Ol. ſuccin ſabinæ ana q. v.* ⊖ 🜂*lis ſuccini* F. Digeſtio. Doſis *gut.* 2.3.4. addi poteſt *Crocus. Diureticum* etiã eſt in *nephritide* ante balnei ingreſſum *Ol. ſuccini per ſe* (alias *Oleum ſacrum* etiam dictum) quoque egregium eſt remedium in *affectibus nervorum, paralyſi, apoplexiâ, epilepſiâ*, maximè & affectibus *uterinis*, ceu ♒ *matricalis celebris Burrhi* inde quoque cum aliis habetur: ℞. *Succin. opt. Oliban. Myrrh. Maſtich. ana* ℥.ij. Groſſo modo contuſa cum *Spiritus vini p.* ij. per *M. B.* ♌tur: Nec minus egregium in Liquore *C.C. ſuccinato Dn. Michaëlis*, qualiter paratur ex ♒ C.C. probè rectificato & ab oleo empyreumatico depurato, qui affunditur ⊖🜂 C.C. & ⊖🜂 *ſuccini* (ab omni oleoſitate empyreumaticâ crebrioribus cum ▽ & 🜄 ſolutionibus & ⚗ationibus purificato) *a. q. ſ.* ut imbibat & ſolvat intimè dicta ſalia, quæ miſtura ut ut efferveſcat primitus cum ⊖ 🜂li ſuccini, ſuaviſſimum ♉dum admodumque delicatum conjunctum habet, amicè tamen brevi coëunt & digeſtione debitâ ac cohobatione reiterata liquorem hunc comendatiſſimum conſtituunt. *Uſus* egregius in multis caſibus adultorum pariter ac juniorum utriuſque ſexûs, maximè ubi ♉dum peccat & nervis infeſtum eſt, in *Epilepſiâ*, *Apoplexiâ*,

Digitized by Google

*xiâ, Convulſionibus, Colicâ* &c. *Doſis gut.* vj ad xx, xxx. *Pro partu facilitando* ita commodè ſuccinata exhibentur: ℞. ▽ *acinam.* ʒ. iij. *chamadr. lilior. alb. ana* ℥. ß. *artemiſ. puleg. ana* ʒ. vj. *ol. ſuccin. gut.* vij. *ſuccin. alb. ppt. gr.* xv. *Sacchar.* ʒ. ij. *MS.*

IV. Balsamus Trium Regum Dn. D. Tran mihi ab Amico communicatus talis eſt: ℞. *Raſur. ſuccin.* ℔. ß, *Myrrh. opt. Oliban. Aloës hepat. ana* ℥. iv. *Maſtich.* ℥. ij. *Camphor.* ℥. j. *Croci* ℥. ß. *Storac. liquid. calamit. ana* ℥. vj. *Cubeb. Cardam. ana* ℥. ß. *Ol. baccar. juniper. terebinth.* ℔. j. (vel ſi ſpecies fuerint electæ & pingues, poteſt ex oleis adhuc addi ℔. ß.) Species ſiccæ pulveriſ. leviter, ſtorax liquida quia ſpiſſa eſt redditur fluida affuſione Ol. terebinth. vel juniper. & ſuper leni △ ſive pruna liqua, optimè cavendo ne flammâ corripiatur, inde retortæ & ſuperfunde reliqua olea. Not. autem ut Retorta ſit tantæ capacitatis ut media ſaltem impleatur à ſpeciebus: recipiens adplicetur retortæ, muniendo juncturam ſola chartâ papyraceâ madefacta: Deſtilletur ex .:·:. vel potius nudo igne; Ignis initio ſit lenis, augeatur gradatim, ut candeſcat retorta, papyrúſque circumvoluta juncturæ incipiat comburi ſub finem ♌ tionis. Deſtillatio durat 10, ad 12. horas. In principio deſtillationis prodit ☩ ſeu ∿us clarus, demum cùm gummata liqueſcunt, ſuccedit oleum balſamicum. Operatione peracta, omnibúſque refrigeratis traijciatur balſamum hoc per linteum rarum, atq; ☩ quod cum balſamo in lagena apparet, vitro ſeparatorio ſeparetur, & balſamus ſeorſim ſervetur, vitro bene clauſo. *Doſis eſt* à *gut.* vj. ad x. in ſtranguriâ, ut & aliis morbis quibus aculeata rigida pungentia ſalia inviſcatione, obvolutione, edomatione opus habent. Hujus verò Balſami trium Regum occaſione nominali, addere & hîc lubet *Pulverem trium Regnorum* Excell. *Wedelii*, qui egregiè acrimoniam ♉dam nervis & articulis inimicam corrigit: ℞. *Antepil. miner.* id eſt, ♁ *nativ. opt. Antepil. vegetab.* id eſt, *Anther. Coryl. Antepil. Animal.* id eſt, *Denti Hipopotham. ana q. v. MS.* in ſingulis addendo, minuendo, immutando l. a. & quidem cum vel ſine *opio.*

## CAPUT V.

### *De Aſphalto, Petroleo, Gagate & Carbone foſſili.*

EX Sulphureis reſinoſiſque Macrocoſmi corporibus, reſtant quædam quæ verè adhuc bitumen ſunt, ut *Aſphaltus* ſolidus, *Petroleum* liquidum corpus, ſic accidentibus magis quàm eſſentiâ differentia, quædam quæ veriùs ſaltem *bituminata corpora* dici poſſe ſupra diximus.

I. Asphaltus à lacu Aſphaltide in Judæa, qui nunc mare mortuum, ubi olim Sodoma & Gomorra fuere, nomen habet, ibique limi inſtar

 lentiſſi-

lentiſſimi, pici ſimilis eruitur, eſt enim durus, tenax, qui pulveriſari nonnunquam poteſt, odoris vehementis, cujus ratione non mirum ipſum venenata abigere: fit verò *Piſſaſphaltum* dum pix in colliquatione ipſi commiſcetur. Utuntur Pharmacopæi Aſphalto ad balſamum apoplecticum nigrore tingendum. *Vires* Bituminis recenſet *Dioſcorides Lib. I. Cap. LXXXV.* illud nimirum diſcutere, glutinare, *ſtrangulationes vulvæ*, olfactu, ſuffitu emendare, anhelitum juvare, *coxendicum laterúmq; doloribus* auxiliari.

II. PETROLEUM ignium rapax naphta eſt *Veterum*, quòd ex ſaxis tranſudet, non verò è ſepulchro alicujus Sancti, ut agyrtæ quandoque mentiuntur, habeatur, dictum, penetratiſſimum eſt, tenuium partium, egregiè digerens & reſolvens, *cephalicum* & *nervinum*: hinc in *Paralyſi* nuchæ cum ſucceſſu affricatur ſeq: ℞. *Ung. martiat.* ℥. j. *petreol.* ʒ. j. 🝆. *ſuccin. ſalv. ſpicæ ana gut.* vj. *Balſ. Peruv.* ℈. j. -∿- *formicar.* ʒ. ij. Ms. f. *Linim.* egregiè enim calorem nativum exuſcitat, ceu per ſe illitum pedibus à frigore eos præſervat, quem in finem & quidam intus ad gut. aliquot in rigore febrili aſſumunt, ceu & novi *Petreolum* illud à *Beſſiers pres de Cabian in Gallia* repertum ceu cujus odor quidem fortis eſt, ſapor verò minimè ingratus, in uteri *ſtrangulatione* à vetulis egregio cum ſucceſſu intus aſſumi & contra *menſium ſuppreſſionem* pubi illiniri. Hæc eadem quoque præſtat *Oleum Terræ* ex India orient. apportatum, in *Arhtritide vagâ ſcorbuticâ* commendatum & ad ligamenta relaxata firmanda.

III. GAGATES lapis cruſtoſus ex bitumine fit nigriorique naphtâ in mare vel flumina propè maria ſtillante, unde præ ſuccino magis in ▽ a ardet, nec niſi in oleo reſtingitur. Dicitur autem *lapis Gagates* à loco & amne nomine Gagas in Cilicia, ad cujus oſtia ſeu fauces ad mare prope Plagiopolim urbem is reperitur, ut habet laudatus *Dioſcorides L. V. C. 92.* *Encelius* de *Viribus* ejus refert, quod nidore ſerpentes fuget, ſuffitu *morbum Sonticum* ſi adſit excitet, & *ſtrangulationes vulvæ* recreet, quod expertus loquatur. Ad ornatum quoque ex illo geſtamina ad collum fabricantur, ceu & capulus pugionis Caroli IV. ex illo miro artificio erat compoſitus.

IV. LITHANTHRACES ſeu CARBONES FOSSILES ſunt bitumen induratum & excoctum, obvolutum partibus 🜍 tribus, è quibus ſi vi ignis pellatur & in motum cieatur, petreolum prodit. Talis æthnei partus, ut vocavit, ſcatulam integram mihi Badâ Helvetiorum, ubi Aquæ ſulphureæ tranſmiſit *Excell. Joh. Ulricus Falk. Phyſ.* ibidem & celebris *Monaſterii Mariſtellani meritiſſ.* quos lapides bituminoſos multùm contribuere reor ad aquarum thermalium illic naturam ſulphuream, ceu & in cauſâ ſunt quare multis in locis ſint montes ardentes.

CAPUT

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## *De Ambra gryſeâ & Camphorâ.*

DE hiſce poſt Succinum hîc agere lubet, quamvis adhuc abſtruſum ſit, cujus regni incolæ ſint denominandæ, num ſcilicet Ambra ſit animale quid, excrementum nimirum avis Aſchibobuk, aut ſecundum quosdam Orientis incolas & *Monconys dans ſes voyages* favus apum excrementis miſtus, qui è magnis rupibus ubi nidulantur apes circa ripas in mare decidit, aut vegetabile, gummi ſcilicet ex arboribus effluens & fortuito mari ingeſtum, quorum poſterius tamen de Camphora magis dici poterit, ut poſtea audiemus.

I. AMBRA GRYSEA veriùs ſecundùm *Joh. Otton. Helbigium in Obſervat. de rebus variis Indicis* in *Miſcel. Curioſ. Dec I. Ann. VIII.* & *IX. S. 17. p. m.* 459. viſcus eſt qui in fundo maris eodem modo quo pix marina ereſcit & coagulatur, ceu *D. Gabriel Nakke* Mercator Batavienſis ipſi affirmavit, ſe oculatum eſſe teſtem, quòd Inſulani Auſtrali-orientales, Ambram gryſeam è maris fundo ceu picem deſumpſerint, quodque à mari ad littus in Inſulis Mauritii, Madagaſcar & Auſtrali-Orientalibus, ejecta, ardentiſſimè ab apris quæratur & inventa devoretur avidè. Quia verò ſic rara ac inde percara eſt, adulteratur, quod tamen detegitur immiſſione acûs candefactæ, quam ſi non ſubſequatur exudatio ſubſtantiæ pinguis, ſignum eſt illegitimæ ambræ: naturæ ſcilicet eſt pinguis & oleoſæ, cujus ratione non niſi in menſtruis ſulphureis diſſolvitur, v. g. quàm elegantiſſime in *oleo deſtill. ſuccini* (cum quo, ut Ambrâ citrinâ, *Excell. Dn. Majoris* judicio, eosdem videtur habere natales, dum in Boruſſia Ambram non ita pridem erutam eſſe intellexit) & melius ſaccharo permiſcetur & explicatur: Hinc elegans eſt *Eſſentia Ambræ D. Michaelis*: ℞. *Ambr. griſ.* opt. ℥. j. ß. *ſacchar. cand. albiſſ.* ℥. ß. redige in *pulver.* & affunde in cucurb. ∿ roſar. rectificatiſſ. ℥. xij. digerantur per horam in leniſſimo calore, poſtea filtra & uſui reſerva, quæ ſi ſicca deſideretur tum ℞. *Ambr. griſ. opt.* ʒ. j. *olei cinamom.* ʒ. ß. In mortario achatino vel vitreo tritis & ſolutis adde *ſacchari candi albiſſ. pulv.* ℥. ij. plus minus; Sic & inde paratur ⊖ △*le oleoſum ambratum*: ℞. *Ambr griſ.* ʒ. ß. *Ol cinamom.* ℈. j. *Flor.* ♓ *ci* ♀ *ſat.* ⊖ △ ⊡*æ ana* ʒ. j. terantur probè affund. ∿ *roſar. rectific.* & circulentur. Si *Rotulæ ambratæ* deſiderentur: ℞. *Confect. alkerm. compl.* ℥. ß. *Ambr. gryſ.* ∿*u roſar. ſol.* gr. vj. *Moſchi orient.* gr. iij. *ſacchar alb.* in *aq. flor. acac. q. ſ. ſol.* ℥. iiij. Ms. f. Confect. in *Rotulis*. Item: ℞. *ſacchar.* ℥. j. *Ambr. opt.* ℈. j. *Ol. cinam. gut.* vj. cum *mucilag. gumm. tragacanth.* ∿*u roſar.*



Digitized by Google

*roſar. ſol* F. *Trochiſci*. Egregia nimirum ſunt Ambrata ad robur ſpirituum, eorúmque motus ſufflaminatos exuſcitandos debilitatóſque refocillandos, in *Lipothymiis*, *affectibus cephalicis*, *nervinis* hinc utiliſſima; unde & pro *ſuffitibus* varia Ambrata in officinis præparantur.

II. CAMPHORA quamvis manifeſtè pateat vegetabile illam eſſe, tamen ob bituminoſas facultates hîc examinari meretur: Vegetabile eam eſſe ultro conſtat ex icone Arboris Camphoræ ab Exc. *Hermanno Nicol. Grimm* in *Miſcell. Curioſ. Decad. II.* Ann. *I. Obſ. CLIII. p. m.* 372. adducta, cujus folia magna & carnoſa, anterius acuta, contrita odorem ſpirant camphoræ, quæ tamen dum Camphoram colligunt, unà cum cortice arboris & externo ligno detrahunt, relictâ medullâ, quæ ab iis finditur & in qua Camphora eleganter in forma coagulata inſtar tenuis foliati cryſtallini ⊖lis reſidet, quæ à medulla ſeparatur, ubi tamen dubioprocul plus ſic camphoræ colligeretur, ſi deſtillandi ars accederet: ſic namque & magis adhuc conſtaret *Camphoram* nil niſi △le ⊖ eſſe, quod etiam ex radicibus cinamomi deſtillari poteſt. Quamvis verò eleganter Incolæ Inſulæ Borneo Camphoram comparent centurioni ſeu præfecto militum, ſi commiſceatur medicamentis reliquis, qui ſcilicet in copias ſuas ad deſtinatum locum ducit, ut cum hoſte confligant, tamen & eâ ad ſpirituum motum in *ſalacitate* & *priapiſmo* ſiſtendum nil aptius eſt, quod forſan ex textura ejus oleoſâ admodum, ramoſâ inviſcantur quæ odore ſe manifeſtat, & ratione cujus inflammabilis eſt, non incommodè deducitur: valet & egregiè ad *hæmorrhagias ſiſtendas*, ſi fruſtulum odoretur, vel propinetur *ita*: ℞ *Camphor. gr.* iv *ſal prunell.* ℈. ß. *Tragacanth.* gr. XV. *Laudan. opiat. gr. I.* Ms. f. *pulv.* Pilulæ Camphoratæ Scaphuſienſium in morbis ♀reis utiles ſeq. ſunt: ℞. *Camphor.* ʒ. ß. *ſuccin. alb. præp. Maſtich. ſel. ana* ʒ. j. *ſang. Dracon. ver.* ʒ. ß. *Pulv. anodyn. gr. XII. Cum Eſſent. ſumar.* vel *agrimon. F. Pilul. num. CXX. conſp. pulv liquirit. Doſ. ad X. pilul.* Radicem curæ *Maniæ* in Camphora latere, alibi dictum: in *Phrenitide* ſeq. *Epithema* egregium: ℞. *Camphor.* ℈. j. *Moſch.* ℈. ß. *gr.* ij. *Aq roſar. ſantalo tinct.* ℥. xx. Ms. pro *Epithemate*. Unde quia natura ultimam tantùm non limam in ea ſufficienter △liſanda adhibuit, *Præparationes* ejus adeo haud expetendæ, ne luſores in peſſimo luſu vultum ſerenum effingentes hac in parte videamur imitari, ſuperat enim puritate, ſubtilitate & △tate omne id quod ars in ea præparandâ tentare potuit. Quo tamen in formam liquidam oleoſam eo melius adhiberi poſſit, ſiſtimus hîc *Oleum Camph.* ſeq. ℞. ⊖ *abſynth.* ℥. ij. ß. *Camph.* ℥. j. ß. *Ol amygd. dulc.* ℥ iij. Ms. exactè per 3. dies in leni calore linque & per 🝭 ♌la bene lutatam, poſtea tere iterum *Camph.* ℥. j. ß. cum ⊖ *abſynth.* com plendo ſc. id quod ponderi deceſſit, affunde id oleum per 3. dies ſicut antea, iterum ♌la & erit hoc oleum efficax,

*FINIS Sectionis IV. Part. II.*

SE-

# SECTIONIS IV. DE MEDIIS MINERALIBUS

## *PARS III.*

## DE TERRIS.

### CAPUT I.

#### *De* TERRIS *carúmq; Ortu.*

QUALES TERRÆ hîc à nobis intelligantur ex materia quam tractandam ſuſcepimus, patere puto, nimirum non adeo illa terra quam pedibus calcamus aut agricolæ colunt, cujus, ex obſervatione Amſtelodamenſi referente *Varenio Geograph. Lib. I. Propoſ. VII. p. m. 69.* dum ad puteum extruendum effoderetur uſque ad 232. pedum profunditatem, pluſquam viginti oblatæ erant ſpecies, ſed iſta quæ eſt *corpus foſſile* quod ex admiſtione particularum ſalinarum, ſulphurearum aliarúmque metallicarum *naturæ mineralis* eſt *particeps*, *additâ aquâ vel continuò vel progreſſu ſaltem temporis ſolvitur & fit lutum*: Ex quo jam per ſe patebit *Terrarum à Metallis & Lapidibus differentia*, ceu quarum partes ſubtiliores in metallorum augmentationem cedunt (uti egregio exemplo cujusdam corporis metallici brachii longitudine è vena ſua protruſi docet *Rochas in Phyſ. Demonſtr. Lib. I. Cap. I. p. 57.*) uti & Lapidum, de quo ſupra, haud obſtante eo quòd charta, lana, ſpongia & alia combuſta & incinerata, humore madefacta in lutum abeant & tamen non ſint terræ, ſic enim fit ut minimè abeant in *lutum* propriè ita dictum proximè, quando verò abeunt, charta amplius non eſt aut ſpongia, ſed terreum quid, etſi non purè ſimplex, ceu & cum aliis rebus ſiccis in pulverem abeuntibus ſe habet, ex quibus fieri poteſt quidem lutum ſed non proximè; Dum verò ſic Lutum fit, particulæ terreæ mobiles redduntur & ad unionem facilitantur per ſuperficierum acceſſum, accedente compreſſione externâ aëris, exhalantibúsque particulis aquoſis ad compreſſionem ineptis, ut quæ reſpectu particularum 🜃ſtrium idem ſunt, quod ad eas materia ſubtilis eas continuò pervadens:

vadens:

vadens & in fluiditatis ſtatu conſervans. Verùm miſſis his O*rtu Terrarum*, quales hîc intelligimus, eſt ex particulis terreis elementaribus, ſolidis, opacis, quibus aliæ ramoſæ, verùm haud copioſè, cum rigidis ſalinis, nitroſis &c. interponuntur, quo fit ut & plerumq; ſint molles, friabiles, pingues & ob admixtas particulas ſalinas leniter adſtringentes, non autem contrectantium manus vellicantes aut acriter pungentes, quales ſunt v. g. *Terra Lemna, Armena, Ochra, Rubrica* &c. Unde facilè colligere eſt Terras pleraſque cum ſuccis mineralibus permixtas reperiri, monſtrantibus id variis earum coloribus, ſaporibus & viribus, ceu Rubrica ferri, Ampelitis Bituminis, Melia aluminis, Chia Nitri naturam, aſſentiente *Ceruto*, præſe fert, quamvis dicere poſſimus eam conſiderationis eſſe Medicæ, utróque imprægnari, dum illa quoque corpori noſtro applicata remedii locum præbet, ceu & exterius applicata terra recens à lapidibus bene purgata, addito parùm *Rutæ & Carduibened.* in morſu viperæ & ſerpentis egregiè venenum domat, abſorbet, prohibétque ne ſerpat latiùs, ac etiam *Dioſcorides* refert de *Terris fornaceis* (gebrandten Scherben) quòd cruſtas *ulceribus* obducant, eruptioribus & *podagricis* proſint, ſtrumáſque diſcutiant, quáſque *Vires* itidem habeat terra fornacum quæ retorrida fulveſcit, die gebrandten Leimen/ Confer *Regni Veget.* §. *ult.* Imò hinc ejuſcemodi conſideratio jam anſam nobis præberet circa *Diviſionem Terrarum* ſtatuendi, vulgarem illam ab uſu deſumptam in *Terras* quibus varii *artifices* utuntur, & *Medicatas* adeo ad regulam bonæ diviſionis haud quadrare, quia ſic membra ſe invicem ingrediuntur, &, ut jam innuimus, terra illa quâ figulus utitur, æquè ſuum præbere poteſt uſum Medico, cujus objectum eſt, quicquid vaſtum hocce univerſum continet, ac quâ utitur rubricâ Pictor, eandem quoque expetat Medicus. Verùm quia recepta eſt & difficile, imò ferè impoſſibile ita exactam hîc proponere Diviſionem, hanc ab *uſu* deſumptam, ceu uſus unicè aliàs intendendus, noſtram hîc quoque volumus.

## CAPUT II.

### *De Terris Medicis.*

TERRÆ quidem omnes, ut dictum, in uſum Medicum venire poſſunt, quatenus corpori noſtro applicatæ illud alterare, noxios illud lacellentes humores exiccare, abſorbere, ſaporésque illorum p. n. corrigere valent, verùm modo quodam ſingulari & eminentiori illæ *Terræ Medicæ* nobis dicuntur, quæ vim aliquam medicamentoſam manifeſtè obtinent, ut eſt præ reliquis vis adſtringendi & alexipharmaca, dum ratione materialis ſuæ texturæ anguloſæ & irregularis in fibras partium earúmque



Digitized by Google

que poros agunt, eos anguſtant magiſque in ſe recedere faciunt. præſertim in partibus membranaceis in quibus motus periſtalticus datur, ſic namque dum in iis longiùs morantur, fibras in contractione velut convulſivâ profundius retinent, humoréſque acrimoniâ ⊖um ferocientium nimis liquatos in conſiſtentiam debitam redigunt, præſertim ſi unà pinguis ſit & velut glutine linguam afficiat, ſic enim quoque illinendi & ſummè mitigandi vim habet, ſicuti ſi pinguedini acredo quædam juncta ſit, illiniunt & abſtergunt. Hinc namque pro materiæ & agentis conditione Terræ hæ ſunt vel *Albæ. vel Rubræ, vel Luteæ, vel Purpureæ*, unde non mirum quòd in Inſula Lemno, ob vulcani ſeu ignis in eam caſum, terra Lemnia habeatur rubra, flava, ruſa, lurida aliúſque coloris, à diverſa ſcilicet materiæ & agentis à diverſis locis & venis dependentis conditione, imò quia ad materialem harum Terrarum conſtitutionem præ colore attendendum, non mirum cur cenſeat *Dortomannus de Cauſis & effect. Therm. Belilucan. Lib. I. Cap. VIII. p.* 167. in Terræ Lemniæ penuria argillam Belilucanam rubeam ſurrogari poſſe, ut & refert *Dan. Ludovicus Ephemerid. Curioſ. Germ. Decad. I. Ann. X. p.* 344. Argillam vulgarem æquè ac ſigillatam ſudoriferam eſſe, præſertim dum illuſtris *Boyleus de Orig. & Virt. Gemmar. p. m.* 202. ex ea ⊖ 🜂le acre familiares ſuos elicuiſſe refert, ſummíſque laudibus extollit virtutem ejus cardiacam, laxativam & diaphoreticam. Imò quia in Terris ejusmodi interior particularum conſtituentium diſpoſitio adeo variare haud poteſt, ut inde diverſi adeo effectus fluere poſſint, haud adeo abſurdè Terra illa pinguis circa arcem Münchenſtein prope Baſileam (*Bolus Münchenſteinenſis* vel *Terra Baſilienſis* loco *Terræ ſigillatæ, Theriacæ* commixta fuit, cùm ſpiritus haud abſimilis illi, qui ex Terra ſigillata aliàs habetur, inde extrahi poſſit: hinc & modò laudatus *Dan. Ludovicus* in aurea ſua *Pharmacia p.* 317. Terram ſigillatam non quidem præcisè tantùm Sileſiacam Strigonenſem, ſed & aliam quandam ſelectiorem, pinguem, præprimis rubram, non tam annulo quàm continuatâ experientia ſufficienter ſignatam nec deprædatoria lotione (quæ jam innuit quid de lotione Terrarum ſit ſentiendum illam nimirum citra magnam virium jacturam vix inſtitui poſſe) exhauſtam meritò commendat, ſicut & jam priori ſeculo agnovit *Encelius de Re Metall. Lib. II. Cap XXIX.* ſi quis acutè conſiderare velit, dicens, illæ omnes Terrarum ſpecies exoticæ in noſtris regionibus reperiuntur, & quidem præſtantes. cui adſtipulatur *Renodæus Mat. Med. Lib. VII. Cap. II p. m.* 110. *Diſpenſ. Univerſ. Horſt.* liberè dicens, nos facilè ut Turcarum periſtromatis ſeu tapetis, ſic & illorum ſphragide Lemnia carere poſſe.

Inter *ALBAS Terras* ſit

I. SAMIA ex Samo Inſula Archipelagi ſeu maris Jonii, Pythagoræ patriâ, unde effoditur, ita dicta, à Veteribus plurimum æſtimata, duplex



Digitized by Google

eſt, *Collyrion* & *Aſter*, è quibus vaſa rara & magni pretii olim parata & cavata erant. *Collyrion* dicebatur prior, eò quod medicamentis ocularibus admiſcebatur, quia ſcilicet 🜃a pinguis eſt, rara, mollis, candida, dulcis, acrimonia nulla oculis infeſta. *Aſter* altera dicebatur, vel quia ſigno ſtellæ notabatur vel quia micæ quædam ſtellares in ea emicabant. *Vim* habebat refrigerandi, adſtringendi, ſanguinis eruptiones & fluores ſiſtendi, uteri profluvia compeſcendi, inflamationésque ſedandi, idque ob nitroſitatem qua 🜃æ ejuſmodi ſcatent, quâ quia itidem ſcatet 🜃a *Chia* alba & lata, vires obtinet 🜃æ huic Samiæ ſimiles quæque hinc pro coſmetico inprimis habetur, ceu *Cimolia* acrior, ob nitroſitatem ſummè abſtergens, Fullonibus inprimis eſt congrua.

II. Lac Lunæ ob candorem ita, ut & *Agaricum ſaxatile* vocatum, *Geſnero Fungus petræus* dici meretur, quia nimirum eſt ſubſtantia fungoſa, alba, friabilis, leviſſima, ſine odore, ſapore & tota cum ſaliva mandentis liqueſcens, in ſpelunca quadam montis Fracti Lucernenſium fornici adhæreſcens: Agricolæ dicitur *Steno-marga*, id eſt, ſaxi medulla, ut in quorum commiſſuris includitur. *Vires* ejus ſunt exiccare, ♉dum abſorbere, leviter adſtringere, lac inprimis inde augere, in quem finem in *lacte amygd.* ▽ *fœnic.* & *ſacchar.* exhibetur, vel in *juſculo carnis* ſaltem ad ʒ.j. *Chirurgi* utiliter id ulceribus deſiccandis maximè tibiarum inſpergunt: forte & ♁blandum in eo reſidet, dum ut ſomniferum blandum in profluvio ſanguinis id ex voto exhibitum, referente *Wormio*, item in ⊡æ incontinentia, teſte *Ettmüllero*.

III. 🜃a Melitensis à loco denominata, ad tactum aſpera eſt, albocinerea, virtutis emplaſticæ, adſtringentis, ut aliæ ejuſmodi 🜃æ. *Vires* ejus eſſe alexipharmacas in *Regno Animal. Lib. III. Art. V. §.* 4. diximus.

IV. Bolus Albus manus colore albo inficit, cinereus tamen nonnihil eſt, mollis, lubricus, pulverulentus. Habetur ex Elva Inſula Hetruriæ, Magni Ducis Hetruriæ ſigillo inde notatus, cujus Vires ſunt ſaponariæ, abſtergentes, adſtringentes; Deum teſtor, ſcribit *Cerutus in Muſæo Calceol. p. m.* 122. me feliciſſimo eventu hac 🜃â indies uti, præſtantiſſimúmque eſſe remedium adverſus febres illas, quæ ex venenata qualitate in humoribus exiſtente, ortum trahunt, quotidiana experientiâ comprobo; quid dicam de mirabili illius viſicum ſucco limonũ miſceatur, in vermibus puerorum deſtruendis ac compeſcendis crucitatibus & angoribus illis, quibus hi ob talia animacula adeo vehementer affligi ſolent, ut ſæpe ſæpius cum maximis parentum ejulatibus, miſerculi infantes ad mortem perducantur; Nec omittam, 🜃am hanc adprime obviam fieri motibus illis convulſivis, quibus non rarò pueri tentantur ob lapſum alicujus materiæ mala quadam qualitate imbibitæ ad partes nervoſas: uti etiam ob facultatem adſtringentem, refrigerantem & exiccantem, ſanguinem à quacunque parte fluentem mirificè compeſcit.

V. Bolus

Digitized by Google

V. BOLUS CANDIDUS LIGNICENSIS, aliàs *Axungia Lunæ.* ☿re albo ☽teo perfuſa vires obtinet ☽nares & commendatur ad illos affectus quibus ☽tum ipſum, nimirum capitis dolores, cerebrique robur; ob vim verò abſorbendi partésque 🜃eas pingues, ad fluxus alvi etiam cruentos laudatur, uti & fluorem uteri album.

VI. TERRA SIGILLATA LEMNIA ALBA ex Inſula Lemno, quæ hodie *Stalimeno* dicitur, effoſſa, itidem ut rubra quæ unà effoditur *Vires* habet adſtringentes, & ob pinguem ſuccum quo particulæ 🜃æ perfuſæ ſunt, ſummè acrimoniam humorum mitigantes, hinc namque adverſus febres malignas, hæmorrhagias uteri, ulcera maligna, morſus animalium rabidorum, optimo cum ſucceſſu uſurpatur; commiſcetur C.C. *uſto* & coquitur in ▽*â*, ſic verò egregia eſt in *dyſenteriâ malignâ*, præſertim ſi inde *lac amygdalinum* paretur.

Inter *RUBRAS Terras*

I. 🜃A LEMNIA RUBRA tanti *Galeno* æſtimata meritò fuit, ut ad obtinendam eam ſinceriſſimam, peculiare iter bis in Lemnum inſtituerit. Hodie etiamnum nullam celebritatis jacturam patitur, quòd, ut olim ſigillo capræ, jam charactare Turcico, *Tintamachton*, in Auguſto ſignetur, nec cuilibet illam fodere (*teſte Barone Tavern. in Itinerar.*) concedatur, unde & hodie non omnis quæ ſub ejus nomine venditatur, pro vera habenda eſt, ſed fortè illa ſolùm quæ rutilum colorem vivaciſſimè imitatur, ut rubricam ſynopicam eſſe dices, quàm *Plinius* minio proximam fecit, qualémque *Geſnerus* à *Calceolario* ſe accepiſſe refert. *Vires* ejus ut albæ, ceu modo dictum, ad acre corroſivum edomandum, ex vi texturæ, quâ ex ſero velut, dum dentibus confringitur, conſtare videtur, laudatiſſimæ ſunt, unde meritò pro andidoto inſigni adverſus peſtem & morbos malignos contagioſos, venena pernitioſa, ictus morsúsque animalium venenatorum habetur, *Lutiq; divini* nomine ab *Avicennâ,* non ſaltem quòd mulier divina, Bariamiſe nomine, illam prius in monte reperit, fuit inſignita, dum, *Scaligero* judice, ſua adſtrictione inter cor & venenum ſe interponit. Hinc Ingrediens eſt *Pulveris bezoardici Excell. Wedelii,* ſupra *Sect. III. Cap. IX. §. 9.* allati.

I. BOLUS ARMENUS ex Armenia Cappadociæ finitima non ſaltem ſed multis aliis regionibus quoque habetur: Differt à 🜃*â Lemniâ*, quod manus contrectantis inficiat, hæc verò non *Vires* ejus ſunt deſiccare, conſolidare, refrigerare, & quia, ut nervosè loquitur *Muſæum Calceolarianum p.*120. facilè in ſuccum tenuem ſolvitur & latè ſe diffundere poteſt, ſolidis partibus adhæret, easdem à quacunq; malitiâ tuetur pravásq; humiditates illarum viſcoſitate (linguæ namq; appoſita hæret) abſorbere, adverſus item venena & morbos à qualitate venenata emanantes ſummè prodeſſe poteſt. Hinc & *Galenus Lib. IX. de ſimpl. medic. facult.* eum ad *dyſenterias & ventris profluvia,* ad

ſanguinis expuitiones & *catarrhos* (ceu ingreditur præprimis *Conſervam ſuſpenſoriam Cratonis Celeberrimo Wepfero uſualem* ℞. *Conſ.roſar.* ℥.ij. *majoran.* ℥j.*Boli Arm.Or.*℥.ß *Theriac.Andromach* ʒ.j.*MS.Doſis* ʒ.j.vel ij tempore ſomni) *putridá*que *oris ulcera* eam præprimis conferre notat, ut & ad pulmonum ulcera & ſedis fiſtulas contrahendas ut quid ſingulare extollit. In *Peſte* illa quæ Romæ graſſabatur, cum *vino albo* conſiſtentiâ tenui aut admodum aqueo, pro ratione urgentiæ febris, bibita, unicum fuiſſe remedium teſtatur; cùm dixerit, quotquot medicamentum hoc bibêre, celeriter curatos eſſe, at quibus non profuit omnes interiiſſe, ſcilic. cùm nec alio quovis juvarentur; ex quo colligi poteſt, iis duntaxat non fuiſſe auxilio, qui plane erant incurabiles & qui curari poſſunt, omnes hoc medicamento liberentur. Et ex hoc contextu etiam *Verzaſcha Obſervat. LVII.* inductus famulo peſte, quam ſine febre credidit, decumbenti Bolum hunc cum *Flor.* ♀ & parùm *camphoræ* exhibuit. Vid *Needham de Form. fœt. Cap.VI. p. m. 166.* ubi ſymptomata Peſtes generi nervoſo affecto imputat.

III. BOLUS TOCCAVIENSIS ita dictus quòd in Tranſilvania ad Tocai reperiatur, eſt inſtar boli armeni, cujus more quoque butyri inſtar in ore liqueſcit. *Vires* ejus ſi non ſuperant ſaltem adæquant Bolum Armenam, & *ſec. Cratonem* qui eo maximè uſus, *vires* inſignes obtinet in *Catarrhis* & *Peſte*. Præter has verò Terrarum rubrarum ſpecies & aliæ adhuc re, periuntur, nimirum *hepatici coloris aſpera magis*, item *Terra ſigillata Livonica*, quarum hæc loco Terræ Lemniæ omnino inſervire poteſt.

Inter Terras *LUTEAS* eſt

I. TERRA SIGILLATA SILESIACA, etiam ſigillum Strigonienſe, Axungia ſolis appellata, reperitur in aurifodinis ad Strigonium in Ducatu Suidnicenſi, cujus ſigillo etiam in globulis orbicularibus ornatur; terra eſt pinguis, lubrica, viſcoſa, ſaponi ſimilis & ut butyrum in ore vel aqua diffluens, perfuſa particulis ramoſis ☉reis, minus tamen digeſtis; *Uſus* ejus alexipharmacus inſignis, ut etiam venena feratur mox per vomitum expellere, ſi vel ante vel ſtatim poſt venena ſumatur, aliàs per ſudorem ea expellit, ceu & morbis omnibus qui ſudoribus expelli poſſunt, convenientiſſima eſt ad inſtar fere ☉ potabilis. Quia verò particules acido-acres irritantes validè intra particulas ſuas viſcoſas intricare & abſorbere valet, conducit egregiè ad *fluxus* varii generis, *exulcerationéſque* non minus externas quàm internas in *phthiſi*, itémque *ambuſta*. Præprimis autem excellentiſſimus ejus uſus eſt in *Variolis* & *morbillis*, præſertim ſi *fluxus alvi* ſimul adſit: Sed videndum ne adulterata ejuſmodi terra ſumatur, luto nimirum, ceu ſpecies dubiæ ejuſmodi terræ apud *Wormium* viſuntur.

II. OCHRA è variis Europæ mineris metallicis etiam propriis fodiꝰtur, naturæ potius ♄næ, è cujus fumo maximè concrevit, quàm ♀ & ♂lis parti-

particeps, guſtu acris virtutiſque ſummè deſiccantis; *Uſus* ejus ut ♄ni maximè externus chirurgicus, ſic namque ad *carunculam urethræ* abſumendam, teſte *Pigray dans ſa Chirurg. p.* 475. excellens eſt remedium, ſi pulveri *ſabinæ* permiſceatur, item ad *verrucas penis*, imò & per ſe ad *articulorum tophos* comminuendos uſurpatur. *Species* ejus *Ol. Wormius* recenſet varias, nimirum *Ochram Scanderburgicam, luteam Islandicam, nigricantem argillaceam Anglicam, factitiam plumbariam.* Ad Terras ejusmodi luteas referendæ etiam aliæ ejuſdem coloris Terræ, ut eſt *Bolus luteus Galeni,* Ochræ foſſili in colore haud abſimilis, manus tamen, contrectatus, haud inficiens quique igni injectus, non ſecus ac Ochra referente *Ceruto in Muſ. Calceolar. p. m.* 110. in purpureum mutatur colorem, cui & præcipuè *Vires* ex *Ceruto* Bolo Armenæ adſcriptæ competunt, item *Bolus luteus Theophraſti*, ut inventoris, qui prædicti colorem obſcurius refert. Nec negligendi penitus, *Bolus Sabaudicus* è monte Veſſulo, *Toccalius* carnei coloris, *Boli è Mateolo*, Apuliæ diſtrictu, qui tamen calcis ferè modo acres ſunt, item *Bolus Getulus*, *Tellinus*, *Agricolæ*, *jecinoris colore* è montibus *Bohemicis*, *Terra* item *de Yvica* in Inſula Minoricâ, quæ referente *P. du Val Geographie du temps Part. II. p.* 378. id ſingulare habet, quòd faciat mori omnes ſerpentes qui ſunt in maximo numero in Inſula Fomentera, *Terra S. Helenæ*, *Boringholmica*, *Livonica* & aliæ.

## CAPUT III.

### *De Terris Artificum.*

EJUSMODI Terrarum genera in *artificum* mechanicorúmque *uſus* præprimis cedentia, ad duo, *Argillarum* ſcilicet & *Cretarum* referri ſolent.

I. ARGILLA maſſa eſt terrea, tenax, ductilis, quæ dum exiccatur minimè dehiſcit; conſtat nimirum ex particulis terreis minoribus quæ exiguos habent poros, in quibus ſal nitroſum inde diſpergitur; exinde verò opaca eſt, nec aquam facilè tranſire ſinit, imò & ob paucitatem ⊖is vaſa varii generis à Figulis inde efficta, minus fragilia ſunt quam *Vitra*, quæ majorem ⊖is quàm terræ copiam habent, quamvis & nobiliores Argillæ pro diverſis partibus quibus conſtant ac etiam ex certâ fermentatione, dum ſepeliuntur, reſultant, ſummè varient, ſic namque è maſſæ illius, ex qua *vaſa Porcellana* in China elaborantur, ſubtiliore parte velútque flore omnium nobiliſſima, à vitro parùm perſpicuitate differentia habentur, poſt hinc quod itidem candore & perſpicuitate præſtat, & tandem quod non niſi fex videtur ex qua orbes fiunt.

II. CRETA ex inſula cognominis ejuſdem, olim præſertim præſtantiſſima

tiſſima habebatur; eſt autem candida terra, velutque ceruſſa 🜃ſtris de ♄no ejúsque viribus multùm participans; *Uſus* ejus hinc in in cardialgia, ſoda vocatâ, cujus acidum fermenteſcens cum *aq. portulac.* mox reprimit & præcipitat, ceu aliàs cereviſiam acidam, ſi ei injiciatur. Hinc & ad acido-auſterum in *affectione hyſtericâ* infringendum utiliter præſcribitur, imò *ſec. Ettmyllerum* juratus *lumbricorum* hoſtis eſt, ſi cum *lacte caprillo* uſurpetur. *Externè* inſpergitur *ulceribus malignis* corrodentibus & imbibit acidum in vulneribus.

III. RUBRICA FABRILIS rubicunda eſt, ſpiſſa, gravis, quæ aquâ diluta velut ſanguineum colorem diffundit; copioſè olim venalis proſtabat in Ponto urbe Sinopi, unde *Synopica* hæc omnibus præferebatur. Emicat autem præprimis elegans ex eâ ♀ ♂le, ceu quo extracto cum ∿u ⊖is limus ſaltem argilláque communis remanet. *Vires* hinc ejus excellentiſſimæ, inprimis verò collaudo illam in *ſynoviâ ſiſtenda*, cujus liquoris acrimoniam acidam, ut corallia rubra inſperſa, validè mitigat, ſiſtit & *ſanguinis fluxus* alios, *ulceráque* maximè rebellia ad faciliorem ſanationem perducit, *Galenóque* teſte, in ovo ſumpta, clyſteribúsque infuſa, alvum ſiſtit, itémque fluxum hepaticum.

IV. UMBRIA terræ ſpecies fuſca eſt, nigricans, macra, tenuiſſima, leviſſima ex Umbriâ olim, jam Ducatu Spoletano erui ſolita. *Uſus* ejus eſt pictorius, ad umbras adumbrandas & in picturis exprimendas.

V. TRIPOLIS ob granula minima, aſpera, dura, robuſta valde conducit ad polienda vaſa orichalcina.

FINIS Sect. IV, Part. III.

APPEN-

# APPENDIX

## DE AQUIS MINERALIBUS, ACIDULIS & THERMIS.

EX nomine jam patere arbitror, dum Aquæ ejuſmodi è ▽a ſcaturientes *minerales* vocantur, me haud adeo extra inſtitutum vagari, dum quædam de hiſce Mineralium regno, ut cujus fiſco virtutes ſuas ſpecificas omnino ferunt acceptas, adnectere animus eſt.

I. ACIDULÆ à ſapore acido, ⊕lico, ∽u nimirum eſurino inter cellulas & poros aquæ contento, ita dicuntur, quamvis etiam cum ♉dis quædam efferveſcant, ceu de Bathonienſibus Aquis *Oper. C. XV.* teſtatur *Mayovv*, quarum ſali acido combinatur ⊖ quoddam ☊li, prout quod evaporatione in fundo ⊖ relictum eſt, ab affuſo quovis ∽u ♉do efferveſcit, de quo in ſequentibus. In præliminaribus autem omittere haud poſſum, cum Accuratiſſ. Gallis *Rochas* & *du Clos* conquerendi Naturam Acidularum determinare difficile eſſe, idque, ut videtur, non ſaltem ideo quòd varias lambendo ▽rum partas, venas & lapides præterfluendo, diverſiſſimæ particulæ minerales iis commiſceantur, quæ non adeo facilè à nobis cognoſcuntur, ac etiam quia quod poſt evaporationem ſub ⊖is vel ▽ræ nomine remanet, inſufficiens eſt eſſentiæ earum ad amuſſim determinandæ, quùm △liores particulæ, ∽us ſcilicet univerſalis, motum ignis perpeſſus, mox avolet & concretum non ſimplex ſed ex variis particulis, quæ prius aqueo liquori ſeparatim inerant, compoſitum, ∨um, ⊖ſum, in quo varietas ⊖um diſcerni nequit, hincq; nec de proprietate exactum judicium ferri poteſt, deprehendatur; quod non minus valet de ☊ *ne*, quæ, quo pacto ſpeciatim hîc inſtituenda ſit, docet *Pharm. Rhumelius Deſcr. Therm. & Acid. Med. Spag. p. m.* 308. unde ſi quid aliæ probæ attribuitur, in Acidulis ♂libus examinandis, quæ ut ♀ de primo ente ⊙ quoque participant, *præcipitatio, decocto gallarum* inſtituta, contentum à continente liquore aqueo ſeparans, in uſum trahi ſolet, quâ probari poteſt, dum *decoctum gallarum* acidulis ſuperfunditur, eæque nigreſcunt, eas præprimis de ⊕*lo* ♂*tu* participare, quod quia à ∽u ♁ris ♉do ♂ti ſuperaffuſo alias obtinetur, credendum eſt *Acidulas* ſcaturire ex illis locis, quæ ▽ à quadam ♂li in ⊕lum minerale ab ♉do quodam, ♁*ris nimirum* ut

ut *Theophraſtus* & *Helmontius* loquuntur, *embryonato* corroſivâ ſcatent. quæ hinc ſoluta, ▽as ejuſmodi medicatas præſtet; probat hoc imprimis quòd modo laudatus *Rochas* in ſua *Phyſica demonſtrativâ* (quam benevolo in me animo in manus meas incidere fecit *Ampliſſ. Excellentiſſ. Celeberr. DN. D. Jac. Burckardus Codic. Profeſſ. meritiſſ.*) ad ſcaturiginem horum fontium repererit ▽am ⊖nam ſubacidam, ⊖le Hermetico aculeatam, & *artificiales acidulæ*, meliores ſecundùm ipſum, parari poſſint ex 🜕te ⊕li ♉dulo limaturæ ♂tis ſuperaffuſo, vel meliùs ex cryſtallis ⊕li ♂is in 🜕te proprio dilutis cum vino, vel etiam ex ♍u ⊕li ♂tis ▽æ ad guttas aliquot infuſo: quin & operandi modus ſimilis ſit qui à ♂te aliàs habetur, abſorbendo ſcilicet adſtringendo, aperiendo: Hinc namque experimento *Givre Traitte des eaux minerales des Provins p. 26.* inſuper conſtat, quod idem ⊖ ⊕licum habeatur ex minera ♂tis, affuſione ▽æ & evaporatione, cujus guſtus ſe prodit in acidulis; imprimis verò cum eodem ut & *Baccio Lib. I de Therm. Cap. I.* ſtatuendum, quicquid aquæ à metallis & mineralibus accipiunt, id dum in via generationis ſunt in forma ſpirituum ſeu primi entis, accipere, coagulata enim pleráque mineralia & metalla perfecta nihil amplius deponunt, imò quia ex his nîl extrahit ▽a ſimplex, niſi ſale naturæ imprægnata, credendum eſt in *Acidulis* ⊖ ejuſmodi naturæ inprimis dominari, aquámque ⊖nam ſupra dictam ſubacidam, quàm *Rochas* reperit, ab hoc ſale Hermetico ſalſedinem ſuam accepiſſe, quod in ▽a quadam origini vicina reperitur, quæque per *elixivationem* ſal ejuſmodi (quod ▽æ iſti virgineæ, quæ ſi ad genua foditur, habetur, combinatum & in globulos formatum, deſtillatúmque ♍um ut egregiam præbet clavem, de qua re *Sendivogius*) exhibet, ſimile illi quod denuo ex ▽a illa 🜁i expoſita haberi poteſt, manifeſto indicio, ab aſtris ♍um quendam Acidulis infundi, eáſque pro ejus influxu & communicatione, receptionéque intra ▽am magneticam, ex benedictione DEI, tam egregias *Vires* obtinere, & nunc hoc nunc alio tempore fortius vel debilius operari, item nunc oboriri nunc rurſus evaneſcere. Dum verò taliter ▽a particulis ejuſmodi metallicis, terreis, ſpirituoſis, etiam aſtralibus imbuitur & ulterius meat, preſſionéque molis 🜁eæ in ſuperficiem telluris attollitur, & nihilominus ſaporem acidum principiáque conſervat, inferre eſt cum *Becchero*, tranſcolatorium 🜃æ per quàm acidulæ meant, longè poroſius eſſe minúſque ſolidum quam illud per quod ▽a cōmunis tranſit, quæ particulas 🜃as ⊖ſas aliáſque facile inde deponit, quamvis & ipſum ♉dum ♉dularum multum in meatu & curſu ſuo alterari, meliorari, deteriorari, variis ſuccis & 🜃is miſceri poſſit, variæque *Acidularum ſpecies & qualitates* provenire, ceu præter ⊕lum in quibuſdam alumen, 🜍, 🜃 calciformis, aliáque reperiuntur, quorum omnium tamen in Acidulis minima datur pars ad comparationem 🜃æ *virgineæ* ♉dæ ſeu eſurinæ, ſeu particularum

Digitized by Google

ticularum metallicarum 🜃ſtribus immixtarum ab ♉do ſubterraneo corroſarum, qualis facilè ex evaporatione ejuſmodi coctionéq; harum ▽rum habetur, prout talem hoc modo obtinui ex egregio fonte minerali nuper detecto, per bihorium è *Celebratiſſimo Monaſterio Murenſi Ord. S. Benedicti* diſtante, cujus virtutem, fermentum ulcerum corruptivum enecandi, ſatis ſuperque laudare haud poſſum; Quòd ſi verò in ortum ejus inquiramus, ea *Diligentiſſ. Beccheri* judicio, in fornicibus centri 🜃æ ſeu in convexo firmamento ejusdem præparatur, ubi ab ▼a centrali, ex mari juxta *Carteſium* & *Schottum*, continuo derivata, (unde & Aquarum mineralium perpetuus fluxus) reactionem in ſe ipſa paſſa, velut ♀reum gas ad circumferentiam convexi extruſa, digeritur & ſucceſſivè per tranſudantes vapores extrahitur & in partes ſubterraneas invehitur, ubi in variis antris, evaporantibus aqueis vaporibus, nonnunquam ſtiriatum inſtar, ad fornices & latera concreſcit & conſiſtit, ut plurimum autem ▽æ formâ larvatur, cui ſolventes & adſtringentes qualitates (hinc namque & ex hac 🜃a ⊖lum ♂tis, ut ſupra jam innuimus, extrahi poteſt) imprimit, unde aciditas oritur & prima Aquæ mineralis acidæ diſpoſitio: Hinc & ingeniosè totum ejuſmodi negotium ⊕ris deſtillato comparat, ubi in 100. ℔. vix ♀ eſt pars vigeſima, reliqua tota augmenti ſubſtantia ex ✱ venit, cujus ⊖nis corpuſculis ſolventibus, ſoluta ♀ corpuſcula, licèt minimâ quantitate, maxima tamen extenuatione & coloratione adhærent, mixtúmque inſpiſſant, & ad certam formam adſtringunt, ⊖nam nempe & angularem. Quia verò ſuprà diximus Naturam Acidularum determinare, rem adeo difficilem eſſe, ob diverſiſſimas particulas admixtas, lubeat præter modum 🝕tionis, ſolutione gallarum mineram ♂ detegendi, hîc etiam inquirere, quî aliarum metallicarum particularum admixtio detegi poſſit, v. g. ☉reatum, ☽tearum &c. Hinc dicimus ex probâ Aquarum mineralium in *Henr. ab Heer Fonte Spadan.* ☉ ▽is mineralibus admixtum detegi ex ſedimento, communi metallorum probâ, nimirum ſi ſedimentum in fundo remanens per corroſionem ▽R diſſolutum, punctis nigricantibus 🝕tur: ☽tum autem ſi ſedimentum diſſolutum & 🝕tum cum lamina ♀rea id oſtendit: ♀ro ſi imprægnatæ eſſent ▽æ ſedimenti diſſoluti cum ♉do ♌u color cœruleus cum acrimonia inſigni id proderet: ſi ♃ vel ♄ ineſſent, tum ſedimentum colliquativum regulum exhiberet: ſi ◯ vehant, liqueſcit remanentia inſtar lactis: ſi materia ♆ formis videatur ſubeſſe, color albidus calcinatione emergens id monſtrabit, qui & alia ⊖lia detegit. Num verò o--o▽æ inſit, id quod tamen rarò fit, proba inſtitui ſolet ſequens, ſcilicet ſi ſedimentum laminis candidis ferris injectum odorem fœtidum inſtar allii de ſe ſpargeret & laminas iſtas dealbaret, ceu de hoc ſupra *Sect. II. Cap. XI.* § 3. Etſi autem in Thermis Fabarienſibus ſedimentum ejusmodi non animadverti poſſit,

Aa tamen

tamen haud adeo abſona videtur illorũ ſententia qui de hiſce Aquis (de quatum Virtutibus inſignibus elegantiſſimum carmen edidit *Vir admodum Reverendus & Excellentiſs. Dn Joh. Rod. Wetſtenius S. T. D. & Profeſſor celeberrimus*) ſtatuere-audent, illam vim penetrantem & mirabilia in morbis præſtantem, emanare ex ſpirituoſiſſimis halitibus immixtis o-cbus, intelligendum nimirum per hoſce primum ens metallorum ſummè ∽ſum & △le (ceu & ipſi ſupra de o--o diximus, id partem eſſe ♀reo-⊖nam △lem mineræ rubicundæ pellucidæ, quæ roht gulden Ertz appellatur) præcipuè verò Auri, quod Rhumelii etiam ac Paracelſi aſſenſu, ſum̃è △le vehunt, maximè quia *Stumpfii de Helvet. Lib. X. Cap. XXIII.* teſtimonio, ☉ in rupibus, ex quibus ▽ hæc profluit, invenitur, confirmante id *Fabricio Hildano* qui *Deſcr. peculiari* de his ▽is teſtatur, ſe in ſuperiori balneo fiſſutam inter rupes detexiſſe ex qua limum pinguem, rubrum & ponderoſum extraxerit, qui ablatus & ab arena expurgatus, 🜃 ſigillatæ (quam ſcilicet alibi cum *Becchero* ☉ reſolutum videri diximus) non multùm abſimilis fuerat, uſus in externis egregii, arenam verò quæ in lotione luti remanſit cùm Enſishemii probæ ſubdidiſſet, ☉ in ipſa repertum fuit, ſed pauxillum: hinc namque Aquæ hæ maximè confortant, arterioſique & nervoſi generis affectibus benignæ ſunt, contrariæque illis mineralibus, v. g. ☿io, quæ hiſce primariò infeſta eſſe animadvertuntur, verùm quia hæ Aquæ ad Thermas potiùs ſpectant, de Uſu Acidularum ♂tium earúmque potandi ratione quædam adducemus. *Uſum* quod ſpectat, is certè experientia multiplici compertus exoptatiſſimus, ſic namque teſtatur *Sebizius Diſſert. de Acidulis Sect. I. Diſſert. I. §. 28. p. m. 29. Vidimus*, inquit, *ſanè quamplurimos à cachexiâ, obſtructione viſcerum, renum & meſenterii, febribus inveteratis, melancholiâ hypochondriacâ, Ictero, fervore hepatis & renum, paralyſi, inappetentiâ, Petrinarum, Grieſsbacenſium in Alſatia acidularum uſu vindicatos eſſe, qui aliis remediis convaleſcere non poterant.* Sic de *aquis atramentoſis Langenſchwalbacenſibus* in *Weteraviâ*, quas itidem ut priores Noſtrates præcipuè adire ſolent, teſtatur *Tabernæmontanus in Hydrotheſ. P. I. Cap. II.* Incolas, qui quotidie iis utuntur, ſanos eſſe, bene habitos, immunes à catarrhis, viſcerum abdominis morbis, à calculo, arthritide, ictero &c. inprimis verò ob vim ⊕licam △em, inſtar ∽ûs ⊕li △lis ſupra ex *Glaubero* nunquam ſatis laudati, antepilepticum quoq. ſunt inſigne, obſervatione *Rochas p. 95.* edomant ſcilicit, invertunt, præcipitant △le acre ∽bus inimicum, hoſque decenter purificant: maximè inſuper ad Acidulas tanquam ſacram anchoram recurrunt *Cachetici ad Hydropem inclinantes*, dum perrumpunt obſtaculum in glandulis, lymphámque in debitum motum cient, verùm maturè id tentandum, antequam hydrops ingruat, aquáque jam in pedibus & ventre coacervetur, aliàs enim magis tumorem augerent, prout & tum parùm mingunt: aſſen-

ſum

Digitized by Google

ſum his præbet *Excell. Dn. Chriſtoph. Harderus Scaphuſ. Dec. I. Ann. III. Miſcell. Curioſ. p. m.* 342. inquiens : Acidulas in diſpoſitis hydropem accelerare poſſe, credi par eſt, lympham augendo, acriorem violenter movendo, vaſa lymphatica replendo, dilatando, rumpendo, exedendo, viſcera enervando, ſubinde, impulsâ acriore ſanie, corrumpendo, & aliis, ſi qui ſunt, modis; Verùm de *Abuſu* Acidularum videri poterit *Clariſſ. Lamzvverde Tr. peculiari,* quem non parùm mirati mecum Excellentiſſimi Germaniæ quidam Medici, adeo durè Celeberrimum *DN. Pæonem* noſtrum ſeu Experientiſſ. *DN. D. Joh. Jac. Harderum.* præter meritum, ex citatione Græcorum Authorum, haud adjuncta verſione Latinâ (in quod crimen itidem, ſi crimen dicendum eſt, exemplaria Græca nocturnâ diurnâque manu volviſſe, incideret Excellentiſſ. Celeberr. *Pechlinus Tr. de Purgant.*) traducere, cui tamen modeſtè reſponſurum ipſummet præfatum Excell. *Pæonem* confido : Nos hîc notamus cautè agendum eſſe cum Acidulis in Infantibus & qui bis pueri fiunt, in ſenibus illis namq; ob tenellam fibrarum texturam, his verò ob ∽uum vappeſcentiam, languorem minus proportionatæ ſunt, ceu & inde ad Ventriculi robur & tonum maximè reſpiciendum, an potum ejusmodi (quamvis & dum nihil retinere valet ventriculus, acidulæ tamen adhibentur, ut omnia corrigant) ſufferre valeat, item an fibræ corporis in textura adhuc ſufficienter perſtent, ut acorem ſpiculáque penetrantia Acidularum pati valeant, ſi enim corroſio alicujus viſceris jam adeſſet, ut in Phthiſi, abſceſſibúsque internis aliis, peſtis inſtar, Acidulis valedicendum erit. *Potandi* verò *rationem Acidularum* quod attinet ſeu Diætam illa non tam in eo conſiſtit ut gradatim adſcendatur, manè ſcilicet jejuno ventriculo à ℔. j. & continuando ad ℔. vj. quàm ut tantùm hauriatur, quantum tonus ventriculi citra nauſeam & moleſtiam permittit, quem modum quoſdam non ſine juvamine obſervaſſe novi, hinc namque & ſtomachica ante potum acidularum uſurpantur, nim. Tabulæ *poſt paſtum* vel *Morſelli* v. g. ſequentes : ℞. *ſpec. conſ. ZZ. coct.* ℥. ß. *Pulv. cubebar. el Galang. min. Caryophyl. el. ana* ℈. ij. ß. *cinam. ac.* ʒ. iij. *Macis opt. min. inciſ.* ℈. ij. *Cort. aurant. min.* ʒ. iij. ß. *ſem. integr. carui* ℈. ij. *fœniculi* ʒ. ij. *aniſi* ℥. ß. *Cum ſaccharo* in *aq. roſar. fragr. fragor. beton. ſol.* ℔. j. ß. F. *Morſelli.* Extus verò *Ol. ſtomach. Craton. Balſam. Peruv. Ol. Nuciſt. cum. Ung. pomat.* commixtum, adhiberi in caſu neceſſitatis ſolet : Intermedio potu & poſt illum communiter etiam uſurpantur *Tabulæ ſpecierum Diarrhodon Abbatis* : quam maximè verò præparatio decens, ad meliorem acidularum operationem moleſtiarúmque quæ ex reſolutâ ab illis viſcoſa acidâ ſaburra emergere quandoque ſolent, averſionem, inſtituitur *Purgatione* decenti, *Extr.* v. g. *catholici* ℈. j. cum *Ol. aniſ.* gut j. ad *Pilul* num XI. quæ & poſt abſolutum Acidularum repetitur *Pulv.* ex *rad. Jalap. Crem.* ♀ aut ♀*ro* ⴲ*lato, Santal. citr. Ol.* ♌. *aniſ. gut.* j. cautè

tamen doſin inſtituendo, ne ductibus corporis nimium apertis, tunicáque mucoſâ ventriculi & inteſtinorum ſatis abſterſione acidularum denudatâ, hypercarthaſis ingruat, ut ſæpe accidere ſolet. Intermedio tempore potius ad ſymptomata reſpiciatur. ut ſi v. g. *Alvi conſtipatio* obveniat, uſurpetur *decoct. fol. ſenn. cum prunis* apud *Verzaſcham in Herbario p.* 744 communicatum: ℞. *Fol. ſenn. el.* ℥. j. *Crem.* ♀ ʒ. ij. *ſem. aniſ.* ʒ. j. Ind. ſacculo, affund. *Aquæ font.* & *Vini ana* quart. j. adde *Prun. Damaſcen.* quart. j. coq. lento △ne ad tertiæ partis conſumptionem, dein ab △ne ſemot. add. *ſacch.* ℥. j. *Cinamom. contus.* ʒ. ß. horâ unâ ante prandium capiantur de his prunis num. 4. aut 5. & totidem liquoris cochlearia: Uſurpatur & *Aniſum laxativum*, in quo tamen ſcammonium inæqualiter diſperſum eſt, cautè agendum: pro hypochondriacis ſpecialiter quoq; utiles *Pilulæ gummoſæ*. Pro Plethoricis etiam, ſubtiliato nimis ſanguine, V. S. Quod ſi *flatus* nimis eleventur, utiles *Elixir vitæ Matthioli*, ⏜ ☾ *dulc.* Aq. *menth. chamomill.* Si inappetentia adſit *Elixir Propriet. Parac.* cum *Eſſent. abſynth. zedoar. Tuſſu* ſi urgeat *Aq. veronic. ſcabioſ. fl. acac.* cum *ſacch. cand.* vel *Rotulæ papaverinæ* illam mitigabunt, modò non procedat ex phthiſi, vel hæmoptyſi, tum namque facilè ex improviſo ſubitanea mors ingrueret, uti accidit cuidam apud *Helwigium in Obſerv. Med. Phyſ. LXII.* cujus occaſione in doctiſſimo ſcholio (ut ſolet *Excell. Celeberr. DN. D. Schröckius L. fil* fautor ævum colendus, ex Poëta præfigit:

*Temporibus Medicina valet, data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore, Vina nocent.*

De his verò videantur præcipuè Auctores qui de *Acidulis in peculiari* ſcripſerunt, ut eſt *Sebizius* qui de Acidulis Alſatiæ, *Griesbacenſibus* nimirum, *Petrinis, Antegaſtenſibus, Ripelſſavienſibus, Geberſwilenſibus*; de *Bois* qui de Acidulis *Egranis*; Joh. Dan. *Horſtium* qui de Acidulis *Schwalbacenſibus*; Excellentiſſ. Dn Doct. *Vitum Riedlinum*, Practicum Auguſtanum feliciſſimum, qui de *Uberkingenſibus, Ramlovium* & *Eolmnanum* qui de *Wildungenſibus* & *Pyrmontenſibus* Deſcriptiones particulares communicarunt.

II. THERMÆ, blanda naturæ dona, ob vim calefaciendi ita dictæ, ſunt aquæ minerales calidè è terrâ, vel etiam alicubi v. g. ex Rheno, ex aquis ſcaturientes, ut ſunt Thermæ Wisbadenſes, Badenſes, Fabarienſes &c. Cauſa caloris Thermarum à variis variè traditur, Beccherus illam adſcribit ſubtilibus quibusdam & ſummè raris terreis atomis, centralibus, vapores aqueos concomitantibus, & à quibus virtus medicinalis, penetrativa ac etiam à corruptione præſervativa (ceu ova taliter à putredine in digeſtione vaporoſa diu detenta incorrupta permanſerunt) dependeat: Hæc ut ingenioſè ruſpata ſunt, ita tamen maximè audiendus erit circa hæc *Rothas* de ▽ ♀*ratis* ut qui ipſemet in rem præſentem ivit & invenit effodiendo thermas, ſcaturiginem aquæ frigidæ ſaporis ſalſi, quæ alluendo & permeando mineras ♀ris cum ♀reis partibus efferveſcentiam concepit

& aquam thermalem conſtituit quare & ingenioſè apud *Blondellum in Prob. Therm. Aquisgranens.* genuina & vera Aquæ ferventiſſimæ indeſinenter ſcaturientis cauſa conſtituitur in ⊖le ♉do concentrato △neâ naturâ gaudente, vel potius in particulis materiæ ſubtilis, inviſcatis & implicatis particulis craſſioribus, 🜃ſtribus & ▽oſis in maximo motu & agitatione conſtitutis; Ex his Ignis quoque ſubterraneus originem ſuam ducit, id eſt partium ♌darum & fluidarum nimia agitatio & continua ejus viciniæ corporum mutatio, ille viſceribus terræ interioris incluſus, cùm in manifeſtam flammam non ſemper erumpat, ob aëris impeditum acceſſum vel partium craſſiorum immixtionem, halitus 🜍reos ⊖le concentrato ſubtiliori refertos ad ſuperiorem 🜃æ interioris regionem expellit, qui eò propulſi in occurſu cum ▽is radiis ☉ribus ſibi obviis imprægnatis ſe conjungunt & partes ſubtiliores ☿oſæ utriusque corporis intimè uniuntur; Aqua verò ſic 🜍reo acido centrali tepore ex mutuo partium alliſu imprægnata, per canales ejuſdem 🜃æ pergens corpus metallicum ⊖num in occurſu ſibi objectum invenit, idque ratione ⊖lis ſui centralis penetrat, ratione verò humidi dilatat, unde particulæ ⊖næ in corpore metallico prius coërcitæ nunc quaquaverſum agitatæ, capſulis quibus detinebantur diſruptis, erumpunt, magnam efferveſcentiam cum acido exiſtente in ipſa ▽â faciunt, unde calorem hujus maximè augent & intendunt; quare ▽ non niſi maximè ebulliens fertur ex preſſura aëris in 🜃æ hujus ſuperficiem, ubi ſcilicet Scaturigo & Fons ejusmodi Aquarum conſtituitur. Confirmant autem hæc præter alia fodinæ lapidis calaminaris, qui ad thermas conſpicitur, ceu cujus aliàs fruſtulo ☿ui acido impoſito tam magnus æſtus concitatur, ut vitrum vix manibus præ calore quis continere poſſit, item marchaſita ſeu gleba 🜍reo-⊖na, quæ ▽â pluviâ conſperſa mox incaleſcit. Quia verò ſic ſimilis ferè conflictus hîc obſervatur, qualis aliàs exiſtit in ramoſarum & ⊖narum partium nimia agitatione materiâque ſubtilis, maximè verò ☿us 🜍reus (qualis in Thermis Badenſibus in Helvetia guſtatis facilè ſe prodit) in Thermis emicant, de omnibus Thermis actu calidis per omnes regiones dici poteſt eas 🜍re eſſe infectas, quamvis & pro admixtione aliorum mineralium virtus earum variet, unde & quædam calcaria, nitroſa, aluminoſa, ſalſa, bituminoſa appellantur, item ob ♂tem, ♀um, pyritis qualitates denominationem inde recipiunt: fieri ſcilicet poteſt, ut partes bituminoſæ quæ ex aqua marinâ in centrum terræ inſtillante illic colliguntur ulteriusque præparantur, ex protruſione in circumferentiam cum aqueis vaporibus in mediis viis ab aliis particulis inficiantur, aliterque ſic modificentur, ut ſic diverſa phænomena diverſique effectus à diverſis Thermis inde conſpiciantur; ſic namque dum cuprum, lapiſque calaminaris ther-



Digitized by Google

mas imbuit, affuſione ♎ûs ♓ci aqua thermalis apud ipſam ſcaturiginе ⚗tione ♀ manifeſtatur lapíſque calaminaris, color namque cineritius lapidum ſuper quos aqua ejuſmodi fluit, manifeſtè innuit ♀ & lapidem calaminarem, qui cuprum aliàs pallere facit, ceu hoc demonſtrant Thermæ in Valeſiâ erumpentes. Curioſus & in hiſce fuit *Illuſtris Boyle in Apparatu ad Hiſtor. Aquar. Mineral.* qui quòd ♎um ſuum 🜍reo-△lem (ex ⊖le ♀ri, 🜍 & ⊖le ♓co ♌tum) in ſe clarum à ⊕lo non minus Dantiſcano magis ♀reo, quàm Anglicano, nigrum ſubitò adſciſcere cerneret, probabilius 🜍 in ▽is interdum deliteſcentia ⊕li ipſius adminiculo inveſtigari ſe poſſe autumavit, præſertim quia Infuſum gallarum corporibus nonnullis metallicis ſeu mineralibus de ♂te haud participantibus v. g. o..eco &c: detegendis eſt impar, partim etiam cum certo quodam concreto naturæ metallicæ ferri tamen experte, pariter colorem ſatis obſcurum iniit, vice verſâ verò cum liquore alio ♂te ſaltem infecto immutationem ejuſmodi coloris intulit nullam. Quòd ſi tamen, ut moris eſt ex Coloribus variis immutatione texturæ corporis variè quoque variantibus, hîc *probam Thermarum*, quid vehant vel minimè vehant, inſtituere velimus, maximè quid certorum liquorum affuſionibus ⚗tur, dicere poſſumus, Thermas quæ infuſo gallarum haud nigreſcunt, ⊕lo quoque deſtitui, uti & ⊕tro ſi ⊖lia poſt ▽æ evaporationem relicta cum carbonibus haud deflagrent, quin & ♓co, ſi commixtione ⊖lis ♀ri. odor ⊡ſus ſe haud prodit, ut ex ſupra allatâ ⊖lium doctrina facilè colligere eſt. Quod ſi verò 🜍ris examen conſideremus, oppidò apparebit, in Thermis principia hujus copioſè diſperſa eſſe, ſic enim non tantùm manifeſtè odorem 🜍reum ſpirant ac in ſcaturigine flores 🜍rei nobiles parietibus adhærentes colligi poſſunt, ſed & admixto ⊖le alcali, ⚗tatur, uti affuſione ♎ ♓ci. Acidum verò quòd adſit, probat efferveſcentia cum ⊖le ♀ri, quod tamen quia in Ortu Thermarum ex reactione nonnihil mitigatum eſt, locum etiam admiſit ⊖li alcali, ceu cujus præſentia arguitur non ſaltem evaporatione, ſed & ex emergente colore viridi, ſi ſuccus Cyani affundatur, item viride corpus cum acido diſſolutum in cœruleum mutans. Quia verò primariò in Thermis ejuſmodi 🜍 conſpicuum eſt, *Virtus* earum omnino etiam ex hoc deducenda erit, hinc namque, ut 🜍, thermæ hæ potenter emolliunt, reſolvunt & diſcutiunt, probè tamen reſpiciendo ad temperamentum balneantis quod ſi bilioſum ſit, facilè poterunt thermæ ex vi diſſipandi effectum nimis intendere & ſuccum nutritium plus quàm decet exhaurire, humoréſque reliquos incendere, unde pituitoſis magis conveniunt ac morbis chronicis detentis, ut affectibus partium nervoſarum, paralyſi item, partium externarum, v. g. ulceribus, fiſtulis, eryſipelati exulcerato: confirmant hæc, quòd *Thermæ 🜍rata artificiales*, ut Acidulæ, ejuſmodi parari poſſint, dum juxta *Rochas* reſpi-

reſpiciendo, ad ▽am 🜔ſam adſumitur 🜹, ♀rique commiſcetur, ut bulliant in ▽ comm ad ſolutionem & niveam albedinem, huicque aquæ *herbæ nervinæ* incoquuntur vel ex craſſamento ♀reo circa ▽as ejuſmodi ♀reas reperto, ſec. nunquam ſatis laudatum *Rochas* p. 68. extractio inſtituitur dictæque *herbæ nervinæ* cum catellis *junioribus unà* commiſcentur, quopacto teſtatur ſe *Turini* nobilem paralyſi cum colicâ nephriticâ detento magnâ cum nominis famâ ſanaſſe.

Cœterum *Aquarum Thermalium* in Europa quàm plurimæ reperiuntur: In *Germania* nimirum ſunt 120. In *Gallia* 45. In *Italia* 86. In *Hiſpania* 40. In *Luſitania* 8. In *Hungaria* 9. In *Polonia* complures: In *Illyrico* 16. In *Græcia* & vicinis Inſulis 22. In ſpecie Maderæ & Azores Thermis ſcatent, & in Luſitania celebres ſunt *Thermæ Obidos, Caldas, & Balnea Algarbiorum.* In *Hiſpania Caldas del Rey, Balneum ad oppidum Tralus, Nava fons* in Archiepiſcopatu Toletano: In *Gallia* Thermæ ad pagum *Dax* inter montes Pyrenæos, inſerviunt Arthriticis morbis; ad montem Balarvæ *Balarvæ* juxta Biteras; *Thermæ de Baignieres,* Thermæ de *Bareuges,* quas Regem aditurum nuper Novellæ apportarunt; hæ omnes Thermæ ſunt in ſubpyrenæorum montium tractu & à Dn. *du Clos* inter Aquas miner. in Academia Scientiar. Reg. examinatas deſcriptæ. In *Arvernia* ſunt *Aquæ Vic le Comte* & *Ayges Candes*, ſequuntur *Aquæ Nivernenſes* & *Borboniæ*; meretur quoque conſiderationem *Rivus propè Claromontium,* qui pontes accolis facit vi ſuâ lapidifica. In *Germania* quot Thermæ ut & Acidulæ divinâ benignitate ſcaturiant, ſpecialiter deſcribit in *Chorograph. German. Jac. Schopperus,* inprimis verò ex iis eminent *Thermæ Piperinæ* in Rhetia, à Cl. Dn. *Zimmermanno* noviter 1682. tractatu peculiari adumbratæ: in Helvetia *Badenſes* propè Tigurum; *Plumbariæ (ob* ♄ quod vehunt dictæ) in Lotharingia, ulceribus rebellibus; utiles *Ferinæ* à *Joh. Deucero Theologo* deſcriptæ. In *Bohemia* ſunt *Thermæ Carolinæ* à *Summero* laudatæ; In *Suevia Biberacenſes* à Salom. *Braunio* unà cum obſervationibus depictæ; *Goppingenſes* in Ductu Würtenbergenſi: *Cellenſes* ad nigram Sylvam; In Ducatu Brandenburgico *Weihenzellenſes* deſcriptæ à *Joh. Leur. Lælio*: *Wisbadenſes* prope Acidulas Swalbacenſes doctè a *Joh. Webero & Joh. Gotfr. Geilfuſio* laudatæ: *Embſenſes* juxta lacum Acromium; *Geberſvvylenſes* in *Alſatia*: *Badenvveilenſes* in Marchionatu Nephriticis proficuæ: *Meltingenſes* in diœceſi Solodorenſi, ⊕lum apertè prodentes, Ophthalmicis etiam ſalutares: *Schauenburgenſes* in ditione Baſilienſi, 🜃 à ☉sâ gravidæ, in Febribus rebellibus ſalutares expertæ, ſi paroxyſmo ingruente inſideatur ad collum & quæ adhuc dantur aliæ hinc inde in variis diœceſibus apud *Eſchenreuterum, Rulandum, Fuchſium encomiis* celebratæ. In *Italia* ſola *Hetruria* 25. Thermas celebres poſſidet, in *Territorio Patavino* 6. numerantur, ut *Balneum Apponitanum, Aqua virginis,*

*Aqua*

*Aqua Divi Petri, Thermæ domus novæ.* In *Campania* jam olim celebres fu[illegible] *Thermæ Bajanæ.* In *Sicilia* ſunt *Thermæ Selenentinæ, Mons S. Caloceri, Ther*[illegible] *Syracuſanæ* & innumerabiles aliæ, largam Dei ter Opt. Max. benignitat[illegible] in miſeros Mortales effuſam patefacientes, ceu & eleganter *Poeta*:

*Ludit in humanis Divina potentia rebus,*
*Eſtq; DEI ſedes, ubi terra, & Pontus, & æther*
*Et cælum & virtus. Superos quid quærimus ultra?*
*Juppiter eſt, quodcunq; vides, quocunque moveris.*

# Characteres Chymici,

*Qui in Regno hoc Minerali, compendii gratiâ, occurrunt.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Acetum | ✚ | Dies | |
| Acetum deſtillatum | ✱ | Fixum | |
| Acidum | ♉ | Ignis | |
| Aër | 🜁 | Jupiter, ſtannum | |
| Alcali | 🝕 | Mercurius ſublimatus | ☿-ᔕ ☿ |
| Alumen | ◯ | Mercurius præcipitatus | ☿-ᔑ ☿ |
| Antimonium | ♁ | Nitrum | |
| Aqua | 🜄 | Oleum | ∘° |
| Aqua fortis | 🜅 | Oppoſitio | |
| Aqua Regia | 🜆 | Phlegma | |
| Arena | ∴ | Plumbum ſeu Saturnus | |
| Argentum | ☽ | Præcipitare | |
| Argentum vivum ſeu Mercurius | ☿ | Retorta | |
| Arſenicum | o--o | Sal armoniacum | X, |
| Aurum, Sol | ☉ | Sal | |
| Balneum Mariæ | B.M. | Spiritus | |
| Calx viva | ♆ | Spiritus vini | |
| Cancer | ♋ | Sulphur | |
| Caput mortuum | ⊙ | Sublimare | |
| Chalybs, Ferrum | ♂ | Tartarus | |
| Cinnabaris | 🜓 | Terra ∀ | Tinctura ℞ TR |
| Crucibulum | X | Viride æris | |
| Cryſtallus | ⊡ | Vitriolum | |
| Cuprum, Venus | ♀ | Volatile | |
| Deſtillare | ♌ | Urina ⊡ | Zingiber Z·Z |

# F I N I S.

INDEX

# INDEX GENERALIS RERUM.

In unaquaque Sectione, Sectionis Parte & Capite contentarum.

## SECTIO I.

De Regni Mineralis Generalioribus Nomine, Differentiis, Ortu, Nutritione, Vita analogâ & Partibus.

CAPUT

*I. De Nomine Regni Mineralis.*
*II. De Differentiis Mineralium.*
*III. De Productionis ſeu Generationis Mineralium naturali modo in genere.*
*IV. De Nutritionis & Augmentationis Mineralium modo.*
*V. De Organis ſeu Partibus Mineralium, Vegetabilium & Animalium analogis.*

## SECTIO II.

De Metallis.

CAPUT

*I. De Metallorum Natura in genere, Ortu & Differentiis.*
*II. De Auro.*
*III. De Argento.*
*IV. De Ferro.*

 *V. De*

Digitized by Google

*V. De Cupro.*
*VI. De Stanno,*
*VII. De Plumbo.*
*VIII. De Mercurio ſeu Argento vivo.*
*IX. De Antimonio ſeu Stibio.*
*X. De Cinnabari nativâ & artificiali.*
*XI. De Biſmutho, Auripigmento, Arſenico, Cadmiâ, Sandarachâ & Zinco.*

## SECTIO III.
## De Lapidibus.

CAPUT

*I. De Lapidibus in genere, eorúmque Natura.*
*II. De Ortu & generatione Lapidum.*
*III. De Differentiis Lapidum.*
*IV. De Lapidibus pretioſis minoribus ſeu Gemmis in ſpecie, earúmque Virtutibus.*
*V. De Adamante, Rubino, Granato, Hyacintho, Sapphiro, Smaragdo, Chryſolitho, Topacio, Turcoide, Bufonio, Opalo, Oculo Catti.*
*VI. De Lapidibus pretioſis majoribus, Cryſtallo, Jaſpide, Heliotropio, Malachite, Praſſio, Nephritico, Achate, Onyche, Calcedonio, Carneolo, Phengite, Amethyſto.*
*VII. De Lapidibus minus pretioſis Minoribus, Magnete, Hæmatite, Smiride, Schiſto, Lazuli, Armeno, Lipis, Aſtroite, Judaico, Aëtite, &c.*
*VIII. De Lapidibus minus pretioſis Majoribus duris, Saxo, Silice, Pyrite, Cote, Marmore.*
*IX. De Lapidibus minus pretioſis Majoribus mollibus, Saxo calcario, Gypſo, Lapide Bononienſi, Pumice, Topho, Aſio, Cornu foſſili, Talco, &c.*
*X. De Coralliis,* Appendicis Loco.

# SECTIO IV.
# DE MEDIIS MINERALIBUS,

### *EJUSQUE PARS I.*
De Salibus.

CAPUT
*I. De Mediis Mineralibus in genere, eorúmque Ortu & Mixtione.*
*II. De Salibus in genere.*
*III. De Sale communi & ſale gemmæ.*
*IV. De Nitro & Borrace.*
*V. De Vitriolo.*
*VI. De Alumine.*
*VII. De Sale Armoniaco.*

### *PARS II. DE SULPHURIBUS.*

CAPUT
*I. De Sulphuribus in genere eorúmque Ortu.*
*II. De Sulphure in ſpecie.*
*III. De Succino.*
*IV. De Aſphalto, Gagate, Petreolo, Carbone foſſili.*
*V. De Ambrâ gryſeâ & Camphora.*

### *PARS III. DE TERRIS.*

CAPUT
*I. De Terris earúmque Ortu.*
*II. De Terris Medicis, iisque vel albis, ut* Samia, Lacte Lunæ, *&c. vel rubris ut* Terra Lemn. Bolo Armenâ, *&c. vel luteis, ut* Terrâ ſigill. Sileſ. Ochra, &c.
*III. De Terris Artificum,* Argillâ, Cretâ, Rubricâ, *&c.*

## APPENDIX
De Aquis Mineralibus, Acidulis & Thermis.

IN HONOREM ET LAUDES
CLARISSIMI DN. AUCTORIS
AMICUS AMICO
*P.*

TE nunquid lateat ? ſcribis, Doctiſsime
König,
Artifici, Plantas, Bruta, Metalla
manu;
Et triplici vaſtum cogit tua dextera Regno
Orbem, ſic Regis nomen & omen habes.

F I N I S.

Digitized by Google